

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS IN ROMA INSTAV-  
RATA PREFATIO INCIPIIT

R̄BIS ROME RERVM DOMINE RVI  
narum potius / q̄ edificiorū que nunc cernuntur no-  
titiam prouitibus innouare. Eugeni pontifex sūme:  
multa mihi suadent sed illud maxime impellit: q̄ tā  
ta fuit preteritorum diu seculorum hominibus / stu-  
diorum humanitatis ignoratio: ut cum pauca singu-  
lis inurbis ipsius / edificiorum partibus: que olim /  
fuerint / non ab imperita solum multitudine: sed ab his etiam qui doctri-  
na cultiores sūt / sciātur. tum multa ac pene omnia / falsis ac barbaris ap-  
pellationibus inquinata uel potius infamata / cernamus. Vnde breui fu-  
turum apparet: ut Roma ingeniorum parēs / uirtutum alumna / celebri-  
tatis specimen / laudis & glorie culmen / ac omnium que uniuersus or-  
bis ubiq̄ habet bonarum rerum seminarium isuis obscurata structuris  
maiorē celebritatis & fame iacturam faciat / q̄ in rebus pridem facta /  
ac potentia uidemus. Confirmauit etiam nostrum describendi p̄positū /  
tuus in ipsam / pontificatus tui sedem / reditus / adeo illius conseruationi  
utilis atq̄ necessarius: ut constet / eam senio calamitatibusq̄ confectam:  
si altero abfuisses decēmo. pene funditus periturā. Neq̄ enim sola comi-  
tantis curie presentia: quod semper ciuitatis opulentie plurimum p̄fu-  
it: romanos foues: sed collapsa / deformataq̄ edificia. multis ilocis maxi-  
mo instauras reficisq̄ impendio. Decorum certe / & magnanimo princi-  
pe dignissimum facinus. & quod omnes florente olim roma iactas moles  
factasq̄ edificiorum estructuras / laude & gloria / tanto superet: quanto  
nostra huius seculi tenuitas immani illorū affluētie opum cedit. Quādo /  
itaq̄ ego omnia que mihi adsunt tue sanctitati debeo: cur non etiam cō-  
tendam / ut sic tu / romam per ingenio mei litterarum monumenta:  
sicuti cementariorum / fabrorumq̄ lignariorum opera / pergas instaurā-  
re. Accedet enim nostre huic urbis instauratiōi / que dignitatis tue sac-  
timoniam imprimis deceat / & tuam gloriam maxime cumulet / pontifi-  
cum romanorū / q̄ te precesserunt / innouata operū cōmemoratio: dum /  
urbis partes ad ueterem / nouamq̄ nominationem describens: basilicas /  
quoq̄: templa: & sacra / quas uocamus ecelesias / loca: p̄ quos pontifices &  
alios cristianos / uel fundate primo: uel aucte: uel fuerint instaurate / of-



tendam. Et quando indescribenda urbis operum magnificentia, multos  
romanos prestantes certe uiros, sed idolatras gentilesque merita laude non  
fraudabo. Est animus nostrorum quoque martirum gloriam: ubi scilicet  
quidam patiendi uicerint. & libidini infanteque tyrannorum succumben-  
do triumphauerint, indicare. Aggrediar itaque assumptum mihi tuam  
in gloriam munus, futurum confisus. ut posterum aliquando diiudicent,  
utrum ne: resarcita & magna ex parte renouata basilice principis aposto-  
lorum, & lateranensis palatii tecta uel addite ex ere edi celeberrime,  
sancti petri maiores ualue, aut palatii meniumque uaticani suburbiorum  
restitutio, & strate urbis uite. utrum ne inquam tanto facta impendio opa  
uel rudi stilo potuerim imitari: & calce latericio, materia, lapide, aut  
ere, an litteris facta: solidior diuturnior ue. maneat istauratio: Sed iam  
immenso operi manus apponamus.

**VRBIS ROME INSTAURATE BLONDI FLAVII FOR-  
LIVIENSIS LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER**

**ROMAM IN LATIO AD TIBERIM AMNEM**  
sitam: & quindecimo ab infero mari passuum milario: ma-  
iores scribere. Nomen eius a Romulo conditore. M. Var-  
ro & Titus Lilius patavinus, Salustiusque affirmant. Et  
Romulum a ficulna arbore sub qua eum & fratrem Re-  
mum alluuo tiberis destiterit. scripsit in fastis Ouidius his carmi-  
nibus: Arbor erat remanent uestigia quoque uocantur. Romula  
uel ficus, romula ficus erat. Ambitum eius, quando Archadii & Ho-  
norii imperatorum temporibus, a Visigothis, anno nunc millesimo-  
tricesimo tertio, fuit capta, maiorem fuisse, eo qui nunc cernitur,  
multi uolunt. Et nos quidem scimus, menia urbis sepe ab barbaris alicubi  
aperta: sepe fuisse a maioribus instaurata. Sed orbem ipsum, inter in-  
staurandum strictiorem factum, nec legimus: nec hoc tempore ab aliquo  
ruinarum signo, nisi parua ex parte, post longam inuestigationem potu-  
imus intelligere. Quamquam enim muri, partim lapsi & corrosi sint, partim  
ruinam multis in locis minentur. in ipso tamen permanent prisco uesti-  
gio ueteris fundamenti. Fuitque ambitus plinii temporibus sicut ipse ex  
augusti traditionibus scribit: milia passuum uiginti. Et Flauium Vopiscum  
scribere uidemus, Aurelium imperatorem, qui annos prope ducentos  
ante uisigothorum irruptionem fuit, ambitum Rome, ad quinquaginta

ta milia passuum ampliasset. huius autem ingentis differentie, quam plinii  
ueronensis, Flauiique Vopisci in urbis amplitudine, assertiones uidemus  
habere, causa nostro iudicio certa, & que omnes tollat ambiguitates quin  
nullatenus hi duo scriptores discordent in Iuris ciuilibus digestorum libris  
repperimus. Marcellus namque de uerborum significatione: Urbs in-  
quit est Roma, que muro cingitur ut Alfenus ait. Roma est etiam, qua  
tum continentia edificia essent. Nam Romam non muro tenus existima-  
ri, ex consuetudine cotidiana posse intelligi. cum diceremus Romam  
nos ire & si extra urbem habitaremus. Et paulus eodem titulo: urbis  
appellatio muris. Rome autem continentibus edificis finitur, quo latius  
patet: edificia Rome fieri etiam ea que in continentibus Rome edificis  
fiant. Et Terentius clemens: urbis incontinentibus qui nati sunt: ro-  
me nati intelliguntur. Plinium itaque dum uiginti milia passuum scribit:  
urbis murorum ambitum, & Vopiscum, dum quinquaginta Rome, &  
edum continentium amplitudinem iuxta legum diffinitiones conside-  
rasse, crediderim. Et quidem plinii uerba sunt de urbe cum Vopiscus  
de Roma dicat. Nostri autem temporis circuitus cui illarum respondeat  
amplitudini, nec scimus, nec ea ratione iudicamus sciri posse, quod etatis nos-  
træ metiendi ratio apriscorum dimensione, multum uariat: quando qui-  
dem. M. Antonius itineratio, in finitorum pene locorum ab urbe Ro-  
ma distantiam multis passuum milibus designat, pluribus quam nunc nostri  
homines faciunt. Que quidem mensurationis disparitas, non ex Anto-  
nii magis: quam ex aliorum scriptis, facile intelligitur. Sed si ad nostre eta-  
tis consuetudinem metiri uolumus, uix passuum milia quatuordecim om-  
nis Rome, & ianiculi siue transiberine regionis, & uaticani ambitus  
implebit. Portas urbis Plinius tredecim apertas & septem tunc clausas  
fuisse scribit. Earum omnium nomina, nec ipse ponit. nec nos satis inueni-  
re potuimus: quoniam omnia inuestigare nominis uetusti portarum loca hinc  
superfluum esse scimus, quod apud Liuium & alios scriptores aliqua in-  
ueniuntur nomina portarum, que olim dum aucta fuit urbs Roma, in  
medio ciuitatis remanentes, & formam porte & usum simul amisere.  
Et quidem nomina que apud prisca fuerunt hec inuenimus. Flumentana  
Collatina. Collina. Quirinalis. Exquilina. Viminalis. Neua. Quer-  
tulana. Gabiulana. Lauernalis. Rudusculana. Ruthumena. Saginilis. Lati-  
na. Appia. Capena. Trigemina. Aurelia. Fontinalis. Carmentalis. que  
& Scelerata. Pandana. Libera. Mugonia que & Trigilia. Catularia.

*De portis ur-*

*urus. 1.*

*omen. 2.*

*5 mensura. 3.*



ortaz ethimologia

Triumphalis Quarum pleraque ethimologiam uocabulorum hanc: Festus Pompeius fuisse scribit. Flumentana appellata. quod tiberim eam qua doque influxisse affirmant. Collatina a Collatio oppido prope romam in quod aliarum ciuitatum opes fuerunt collate. Collina e gonensis appellatur: erat in monte quirinali qui e gonus appellabatur. que prius quirinalis dicta fuit. quod ea in collem quirinalem itur siue quod proxime eam quirinini erat facellum. Querquetulana quod quercum intra muros iuxta se habeat. Lauerniones fures antiqui dicebant. quod sub tutela dee Lauerne essent in quouis loco obscuro abditoque hinc & Lauernalis porta. Rudusculana appellata quasi rudis & impolita sit relicta. Ruthumena a nomine cuiusdam aurige sic appellata. Fontinalia fontium sacra. Unde & Rome fontinalis porta. Catularia porta rome dicta quia haud longe ab ea ad placadum canicule sydus inimicum frugibus rufecanes immolantur: ut fruges maturescentes ad maturitatem perducantur. Viminalis porta & collis appellatur. quod ibi uiminum fuisse silua dicitur. quod quod. M. Varro de lingua latina collem ipsum a templo dei uimini in illo siti appellatum scribit. Quatum attinet ad portam capenam Solinus dicit Italum Regem de isula sicilie cum siracusantis ad ianum peruenisse. ac eius consilio auxilioque ciuitatem iuxta Albulam condidisse capenam nomine: a qua postmodum porte capene nomen fuit. Nam uero tres quas ultimo posuimus loco: Carmentalem. Pandanā que & libera: Murgonia que & trigilia prima habuit urbs a Romulo edificata: quod quod. Varro Pandanum ostendit. Saturnie urbis & non rome fuisse. Alie autem due Roma postmodum aucta sine forma & usu porte nomen aliquandiu retinuerunt. Dicitque Festus: Carmentalem portam uocatam sceleratam quod per eam sex & tricenti Fabii cum clientibus quinque milibus egressi aduersus etruscos ad amnem Cremeram omnes interfecti sunt: & Ouidius in fastis. Carmentis porte dextro est uia proxima Iano: Ire per hanc noli quisquis es omen habet. Illa fama refert fabios exisse trecentos. Porta uacat culpa sed tamen omen habet. & Virgilius in octauo Et carmentalem romano nomine portam. Attulimus a uetustissimis petita trium & uiginti portarum nomina. & nostra etate roma omnis quatuordecim tantummodo habet. nisi forte suburbii uaticani qua ciuitatem leoninam fuisse ostendemus. portas quoque uelimus addere quas omnium nouissimas noua quoque habere nomina suo docebimus loco. Satis ergo late operosissimum fuerit romane urbis & Ianiculi portas que

ortas Romulo

etate nostra cernuntur uetuste appellationis nominibus applicare. Flumentana est autem a flaminee uie porta que sinistre tiberis ripae imposita aliquando flaminea & nouissime porta populi est dicta. Eam uero esse quam prisci flumentanam dixerunt: & Festus Pompeius diffinit & ipsa indicat positio. quod nulla inter omnes urbis portas ita tiberi est imposita: ut aliquando eam is fluuius potuerit influere. cuius meminit Titus Livius in sexto ab urbe condita in haec uerba. Ita predicta die in petilinum lucum extra portam flumentanam. Unde conspectus in capitolium non est concilium populi indictum: & in bello macedonico circa portam flumentanam collapsa quedam. Item eodem in bello Livius eam de celo tactam fuisse commemorat. Secunda illi & proximo in colle posita multos ante annos pinciana est dicta a palatio sibi propinquo cuius demoliti marmora Rex Ostrogothorum primus Theodericus sicut Cassiodori epistola ostendit Rauennam portari curauit. Ea priscis temporibus dicta est collatina: oppidum enim a quo est dicta fuisse eregione illius ostendit Livius ipso ab urbe condita. Collatia & quicquid circa illam agri erat sabinis adeptum. Seruat quoque etas nostra morem appellandi in collatia quicquid eregione eius porte habet ager romanus. Tertiam que nunc salaria fuisse quirinalem postea collinam dicimus. Et quidem quantum attinet ad quirinalem Festus dicit. Quirinalis dicta quod ea in collem quirinalem itur siue quod proxime eam Quirinini facellum. Et Ouidius de fastis de Quirino. Hunc igitur ueteres donarunt ede sabinum. Inque quirinali constitueret iugo. Quirinalis autem uie porta dicta est salaria. quam festus sic appellatam affirmat quod per eam sabinum sal a mari deferrebant. Quod autem postea a quirinali mutatum sit nomen in collinam indicat. M. Varro cum dicit Quirinalem collem aliquos existimare dictum a Quirino alios a quiritibus qui cum Tacio curribus uenerunt. quod ibi habuerunt castra. & plura sunt in eo collium nomina. Nam collis triceps ubi edes grinae: collis salutaris quod quod triceps: collis pollinaris quod est ad edem salutis & collis muscialis ad edem dei diffidii. a qua collium uarietate quam grinalis habuit collis dicta est porta collina. Et Livius id manifestum facit in libro ab urbe condita quadragesimo quod de bello macedonico ultimus appellatur. Agrum quoque inundatio in religionem uersa. Nam ita abundauit tiberis: ut ludia apollinariae circo inundato extra portam collinam ad edem ericine ueneris portati sint. Ceterum ludorum ipso die subita serenitate orta pompa duci cepta ad portam collinam reuocata ductaque in circum est. cum deces

De porta po  
flumentana di

De porta pr

De salaria



fuisse inde aquam nuntiatum est. letitiam populo & ludis celebritatē ad-  
didit. sedes sua solemnī spectaculo reddita. Circum autem flaminium  
in quo celebrabantur ludi apollinares / constat nobis / & infra inspectacu-  
lorum edificatus ostendemus fuisse locum / cui nunc agoni tritum est uo-  
cabulum. Et tēplum Veneris Ericine extra portam collinam fuisse / ex  
fastis Ouidii his uersibus ostēditur. Tempa frequētari colline proxi-  
ma porte. Nunc decet a siculo nomina Rege tenent. Et infra. Vtq; si-  
racusias arethusas abstulit armis. Claudius & bello / te quoq; cepit erix  
Sicq; ex loci propinquitate coniicimus / ludos qui intunc circo flaminio /  
nunc agone / ob aquarum tiberis inundationem / non poterant celebrari  
cum ad collinam nunc salariam portam parati essent / postea aquis dece-  
dentibus adcircum fuisse reductos. *Quartam* portam nunc sancte ag-  
netis aut numentanam aut domine: ē enim etate nostra trinomia pris-  
co more uiminalem: & quintam nunc sancti laurentii / olim exquilinam  
Sextam / que maior dicitur / Neuiam. Septimam / que pridē afinaria /  
nūc sancti iohannis: a prisca fuisse celimontanam. Et octauam / que ab  
dito triangulo clausa cernitur. & porta metroditi dicitur / Gabusiam fu-  
isse a maioribus appellatam: cū ceteris in locis: tum magna ex parte uni-  
co in Luui loco / ostēdere confidimus: quo in loco / collina etiā que fuerit  
certius ostēdetur. Namq; secūdo ab urbe condita Liius / Porsene ob-  
sisionem qua romam pressit de scribēs. ita dicit. Porsena primo conatu  
repulsus: consiliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersis presidio in  
ianiculo locato / ipse i plano ripisq; tiberis castra posuit. Nauibus uideq;  
accitis & ad custodiam / ne quid frumentum romam subuehi sinerent. &  
ut predatum milites trans flumen per excursions alius atq; aliis locis /  
traicerent / breuiq; adeo infestum omnem agrum romanum reddidit  
ut non cetera solum ex agris / sed pecus quoq; omne in urbe cōpelleretur  
nec quisquam extra portas repellere auderet. Hoc tātum licētie etrus-  
cis non metu magis / q̄ consilio cōcessum. Namq; Valerius consul itētus  
in occasionem multos simul & effusos improuiso adoriendi / in paruis re-  
bus negligens ulctor / grauem se ad maiora uindicem seruabat. Itaq;  
ut alliceret predatores / edicit suis postero die frequentes porta exqui-  
lina que auersissima ab hoste erat / expellerent pecus: scituros id hostes  
ratus. q̄ in obsidione & fame / seruitia transfugerent & sciuerē perfu-  
ge inditio: multoq; plures ut in spem uniuerse prede flumen trantitū.  
P. Valerius. M. Herminium cum modicis copiis ad secundum lapidē

sancte agnetis. x.

Corvus  
nr9

na gabina occultum considerare iubet. Spurium Largum cum expedita  
iuuentute ad portam collinam stare / donec hostis pretereat. deinde se ob-  
icere. ne sit ad flumē reditus. Consul alter. T. Lucretius porta neuia  
cum aliquot manipulis militum egressus. Ipse Valerius Celimoutana /  
cohortes delectas educit. hincq; primi apparuere hosti. Herminius ubi  
tumultum sensit concurrat ex insidiis / Versisq; in Lucretium etruscis /  
terga cedit: dextra leuaq;: hinc a porta collina. illinc a neuia / reditus  
clamor. Ita celi in medio predatores. neq; ad pugnam uiribus pares.  
& ad fugam septis omnibus uis: finisq; ille tam effuse uagandi etruscis  
fuit. Ostensuri quo applicemus modo supradictis / nouas portarum no-  
minationes. Primum illis quos scimus contentiose dicturos non salari-  
am. sed flamineam fuisse illam ad quam Spurium Largum ne hosti ad flu-  
men pateret reditus se opposuerit: respondemus. Pontem miluum p-  
id tēporis non fuisse / quod & si Liius satis indicat / nos alia ratione cer-  
tum habemus: quod Ammianus Marcellinus in rerum gestarum libro  
septuagesimo sexto illū dicit ab Emilio Scauro fuisse edificatū: & Scau-  
rum multa post secula / fuisse constat: qui Gn. Pompeio adolescente / se-  
nex erat. Cum itaq; ad portā ab hoste auersissimam / que fuit exquilina  
nunc sancti laurentii aut tiburtina: esset exposita in predam pecora. non  
credimus trahere etruscos ea rectitudine tiberis / que porta nunc po-  
puli usq; ad locum Miluii. pontis intercedit / cum sint omnes ascensus in  
montem & topographia scabri & altitudine / armatis insuperabiles. Sed ut  
propinquiore nauibus cursu ferrentur / in pecora / ad eum pene tiberis  
locum quo anienis ipsum influit fuisse delatos. Et sic extra portā tunc /  
collinam / nunc salariam / oportune locati sūt / qui etruscos a reditu ad na-  
ues fluuiumq; arcerent. Alia etiam ratione libet ostendere / collinam /  
portam esse non posse illam / que aut flaminea pridem. aut nunc populi  
est dicta. Liius in libro tertio ubi plebis secessionem narrat. in qua tri-  
buni primum in auentino creati sunt hec habet uerba. Neq; in sabinis /  
quieuit exercitus / ubiq; auctore Iulio Numitoreq; / secessio ad eam ui-  
ris facta. Et infra: Et ipse priusquam iretur ad urbem / pari potestate  
eundem numerum a suis creandum curat: porta collina urbē intrare  
Qui itaq; a sabinis uenit exercitus frustra ad portam flamineā flexisset  
cum rectior expeditiorq; esset / qua in urbem redit salaria / tunc collina  
Similiter Cornelius Tacitus ingressum Vitellii imperatoris militum  
in urbem describens / dicit Tertium augmen / per salaria colline porte

De ponte Miluii

De porta scti



appropinquabat. Indicat etiam Lilius aduentum Hannibalis ad Anienem describens, sexto punici belli secundi libro: collinam exquilinamque fuisse satis proximas. In hoc tumultu Flavius Flaccus porta capena cum exercitu romam ingressus, media urbe per carinas, exquiliasque contendit. Inde egressus iter exquilinam, collinamque portam posuit castra. Et paulo infra inter hec Hannibal ad anienem fluium tria milia passuum ab urbe castra admouit. Itaque romanorum castra Hannibali ad Anienem sedenti opposita, si ad collinam exquilinamque portas posita erant nullo alio loco quam ad salariam nunc, & ad sancti laurentii portas esse potuerunt. Ex predictis igitur constare credimus, cum tertia esset collina, quartam fuisse uiminalem, & quintam exquilinam, nunc sancti Laurentii, quam aliquando taurinam, a capite tauri, quod illi insculptum est, legimus appellatam esse. Eius uero quam priscis temporibus uiminalem fuisse affirmamus, cur Lilius in superiori etruscorum inuasionem non fecerit mentionem, nihil est aliud quod respondeamus, quam ita aut casu, aut consilium romanorum consilio factum esse, ut alius portis fuerit satius: aut struere insidias: aut pecora in predam exponere: aut turmas presidiaque immittere. Sed cum uiminalem describemus collem, illum fuisse qui hanc eiusmodi nominis portam habuerit ostendemus. Ne uiam uero fuisse sextam que nunc maior dicitur, & pariter septimam que nunc asinaria, seu sancti Iohannis dicitur: celimontanam: qui suprascripta Lilius uerba attente considerabit: certum intelliget: quod locus ipse edocet celum montem a quo celimontana est dicta: nullam, que riuo non dirimatur, aliam habuisse. De octaua que gabiusa fuerit, quam ab dito iungulo ad nouum eugenianum lateranense monasterium, clausam dicimus: nihil est rationis aut coniecture quod afferamus, aliud, quam quod recta duceret in gabios oppidum: cui etate nostra demolito, gallicano multis seculis fuerat appellatio. Lilius in bello macedonico, gabiusiam portam de celo tacitam fuisse commemorat. Latina inmutatum retinet uocabulum: quod tamen apud priscos non inuenimus: aut aliud habuit ex suprascriptis nominibus quod nodum potuimus intelligere. Ea, autem latina ab annis mille uocata fuisse, multorum testimonio probare possemus. Portam autem que nunc dicitur appia, olim fuisse capenam, Iulius Frontinus de aqueductibus ostendit his uerbis: Anio nouus. M. Valerio. P. Decio. Murena anno uigesimo post initium samnitici belli inducta est: Appio Claudio censore, qui & uiam appiam, a porta capena usque ad urbem capuam

leuia porta

montana sancti Iohannis

ita methodi gabiusa

atua

pra

munendam curauit. Iuuenalis aquinas satyricus uale dicitur amico tuas proficiscenti, illum scribit cum rheda que compositam domum totam perferebat, substitisse ad ueteres arcus madidamque capenam. Arcus uero ueteres quos Romulus lateritios posuerit, & flores postea opibus romani, nunquam passi sint in marmoreos immutari, ne conditoris urbis sue memoria deperiret: etate nostra collapsos: fuisse, ubi nunc ecclesie sunt sancte Marie de gratia, & sancte marie de inferno: & eam uiam ituro cum rheda ad portam appiam, esse expeditissimam uidemus. nec immerito eam portam appellat madidam Iuuenalis, quod inter ceteras depressio sit in loco, aquis intiberim labentibus abundante. Lilius in bello macedonico. Censores uiam sternendam a porta capena ad Martis edem locauerunt. Lilius item in secundo bello punico. uisabantur ab omnibus exteris, ad portam capenam dedicata a Marcello, templa, legationes omnium sicilie ciuitatum, ad eum ueniebant. Et infra libro nono edem uirtutis eo anno ad portam capenam Marcellus ledicauit. Ea uero omnia, templa: eas edes: uidemus in uetusta urbis Rome descriptione, cuius auctorem librorum incuria suppressum, nos in cassinensis monasterii bibliotheca legimus fuisse Sextum Ruffum consularem uirum, positas esse in prima regione porte capene. Et solinum supra diximus uelle, eam portam sic dictam a ciuitate capena que ab italo fuerit edificata. Ultima restat intra tiberim trigemina, quam aliquando ostiensem, quod ostia uersus aliquando sancti pauli quod ad celeberrimam eius basilicam ducat: uidemus appellatam. Trigemina autem, cur sit prius dicta nondum reperi. Lilius in bello macedonico: ediles eo anno porticum uiam extra portam trigeminam emporio ad tiberim addito fecerunt. Et infra: de multa damnatorum aliam porticum extra portam trigeminam inter lignarios fecerunt. Lignarios autem qui essent ad tiberim, comode, apud eam que nunc sancti Pauli uel ostiensis dicitur, portam, fuisse locatos, uerisimile iudicamus. Et Lilius libro quarto. Minutius, extra portam trigeminam boue aurato donatus est. Nec stare potest quod uolunt aliquam portam a trigeminis fratribus oratis qui curiatos ante albam occiderint: dictam: quod hi fratres qua extuerint porta mentio nulla fit alio, qui eos forte in castris fuisse dicit. & tertium qui fuerit superstes, porta capena rediisse, idem Lilius est auctor: Trigeminam item portam fuisse eam que nunc sancti Pauli dicitur, ostendit Iulius Frontinus dum aque appie finem describit his uerbis. Ductus eius habet longitudinem

Arcus ueteres

Capena uiam de

De trigemina



usq; ad salinas / qui locus est ad portam trigeminam. Salinas autem sub  
auentino ad tiberim fuisse infra ostendemus. Est alia intra tiberim por  
ta cuius apud priscos frequens est memoria. Carmentalis dicta: quam  
nedum nostra / sed nec Tituliu etate / ullum porte usum habuisse ostē  
demus. Fuit uero ad cliuum qui ducebat per sublitium pontem in ian  
culum. Is locus esse uidetur ultra ecclesiam sancte Marie de scola greca  
siue ut appellant incofmedim / ad primas auentini radices / qua is mons /  
uergit ad pontes / ubi nunc uetustissimos arcus marmoreos / ut incalcem  
decoquerentur / dolentes uidimus a fundamentis excidi. Quos arcus fa  
ma fuit & quibusdam indicantibus litteris apparebat / Oratii Cochlidis /  
honori fuisse a maioribus excitatos. Indicat eam portam. Liuius in secūdi  
belli punici libro quarto. Fedum incendium inter salinas ac portam car  
mentale / cum equimelio iugarioq; uico / in templo fortune ac matris ma  
tute: extra portam late uagatum. Salinas uero in tiberis ripa / que apō  
te nunc sancte marie ad auentinum pertinet. & equimelium / sub ipsa /  
rupe tarpeia / iugariumq; uicum / sub capitolio supra forum boarium fu  
isse / alio etiā ostendimus in loco. Quare ignis qui sub capitolio & rupe  
tarpeia / per ripam tiberis debaccatus fuisse: cum extra portā uagatus  
a Liuiio dicitur / non extra urbis rome menia / que multum ide distabat  
sed extra carmentalem portam / ad auentinum usq; medium. ubi matute  
matris edes erat: apposita tiberi / edificia / cōflagrauit. Pandanā portā  
infra ubi de capitolio dicitur ostendit Varro fuisse sub tarpeia rupe.  
Sed iam tiberim transeamus / eam urbis Rome partem / uulgius pridē  
transiberinam appellat regionem. quam ab ipso initio & longo post tē  
pore / maiores ianiculum dixere. Fallit uero plerosq; etiam etatis nostre  
doctissimos: editioris ea in regione loci / prima appellatio. q; ipso incollis  
cacumine / ubi nunc sacre inhabitant uirgines / Iani templum fuerit. de  
quo Virgilius in octauo. Hanc Ianus pater. hanc Saturnus condidit ur  
uem / Ianiculum huic / illi fuerat saturnia nomen. Et Ouidius in fastis.  
Arx mea collis erat quem cultrix nomine nostri Nūcupat hec etas / Ia  
niculumq; uocat. Liuius autem primo ab urbe condita in Anci Marci  
rebus gestis sic habet. Ianiculum quoq; adiectum. non inopia loci: sed /  
nequando ea arua hostium essent. Id nō muro solum sed etiam ob com  
moditatem itineris ponte sublitio tum primū in tiberi facto iungi urbi  
placuit. Si ergo menia ad pontem pertinuerunt: nō solum collis multū  
ab ipso distās fluuiio / quod aliqui uolunt / ab anco / sed tota Ianiculi nunc

mentali xx

is Oratij Cochlidis

transiberina regione

Ianus pons. xxij

transiberina regio est munita. Liuius in secundo libro / cum captum re  
pentino impetu ianiculum / atq; inde citatos decurrere hostes. Et paulo  
infra apud hostem in palatio capitolioq; quam in ianiculo fore. Ea regio  
tres habet portas / quarum que ad occidentē solem tiberi est propinqua  
nunc dicta portuensis. olim que fuerit ignoramus. alia que edito in loco  
nunc sancti pancrati prius aurelia. Tertia in uaticanum dimittens: &  
nunc subtus ianum dicta: apriscis fontinalis appellata. Et primā quidē  
postq; Claudius imperator romanum fecit portum / q; in illum dimittat  
fuisse ab eo facto: portuensem appellatam constat. Aurelia porta / utri  
a uia: an ab ea nomen habeat uia: incertum habemus: presens uero no  
men a proxima sancti pancrati ecclesia habet. Fontinalem ex festo pom  
peio ostendimus / q; de abus fontium fuerit sacrata dictam: extāt autem  
magne molis muri / scamentum adhuc fontium receptacula / sub monte  
qui aureus dicitur: ipsi porte proximo. & haud longe ad uaticani menta  
pertinere: Liuius in bello macedonico. Ediles alteram porticum / ad por  
tam fontinalem ad Martis aram: qua in campos iter esset perduxere. Dicit  
autem subtus ianum eam portam / q; ianiculo uel monti uel regioni sub  
iaceat: minus quam cetera nostre etatis corruptela tolleret: est absur  
dum: q; uero hec sola possit esse fontinalis / inde certū habemus / q; nulla  
est porta alia / qua in campos uaticani iter esse posset: presertim / cum /  
nullum tunc temporis alium ad tiberi / pontem / quam sublitium / roma  
haberet. Esset mihi nunc ad uaticani suburbia transeūdū. sed postquam  
ianiculi / siue regionis transiberine is est situs: ut a ceteris partibus ur  
bis: flumine: muroq; dirimatur: opera illius / aut a principibus / aut po  
pulo facta: que olim habuit / & que nunc cernuntur / ut indicari possint  
explicabo. Primum de ponte sublitio habet plinius: ipsum quod esset /  
lignae sine ferreo clauo / ita dispositum contignationē / ut eximerentur  
trabes / sine fulcris ac reponerentur. Quod quidem sic facere religio  
sum fuerit. postquam Cochlide oratio defendente / egre reuulsus fuit.  
Eum uero pontem prius ab Anco Marco sicut ex Liuiio ostendimus / fac  
tum / Antonius Pius imperator marmoreum fecit. cuius uestigia esse  
tenemus / que hinc ad primas auentini radices: ide ad nostra etatis nos  
tre naualia cernuntur. Scribit Helius Spartianus Seuerum imperato  
rē ex africa oriundum: fecisse transiberina in regione / sui nominis ther  
mas. Fecit & alius imperator Aurelianus: que essent hiemales. Sed cū  
late pateat transiberine regionis appellatio / sub qua capus / suburbiumq;

De tribus portis  
xxij

Porta  
Aurea  
Fontis

Fontinalis

De hodiernis Jani

De ponte sublitio

De Thermis 7



uaticani: & ipsius ianiculi munitio/comp̄henduntur. Vtrum ne ipsarū  
 termarum uestigia sint/que intra Ianiculum ad diui francisci edem: an  
 illa que medio iuaticani campo ubi nunc prata dicimus/cernuntur: igno  
 ramus. Sed ea perquirere quorum omnis perit notitia superfluum fu  
 erit: adnotiora ueniamus. Eam urbis romę Ianiculi siue regionis trans  
 tiberine partem/anostri qui martirum gesta scripserūt/aliquando ra  
 uennatum urbem appellari. sepe offēdimus: Estq; eius rei ratio altius  
 repetenda. Octauus augustus imperio post. M. Antonū Cleopatraq;  
 interfectos: quiete potitus: inter multa que prudentissime prouidit:  
 binam instituit classē: unam apud missenum lucanie portū/que italie  
 isulas/oramq; galliarum maritimam. hispanias. affricā. mauritaniasq;  
 & septentrionalem oceani plagam/tutaretur. Alteram apud rauēnam  
 in loco nunc cādiano: in quo fuit postea classense oppidum/cuius partes  
 classis essent. Adriatici sinus. Illirici. dalmatie. epiri. grecie. thratie.  
 ponti. meothide. & ali: in nostrum mare uergentis: atq; egypti ore/  
 necessitatibus subuenire. Tantas uero classes/quantas esse oportuit/  
 quibus maxima Romani imperii tutele cura esset commissa/magno in  
 diguisse exercitu: nullus qui romanas lectitarit historias abiget. Cum  
 itaq; romano senatui romanisue principibus ea inprimis fuerit cura: ut  
 quod multis ostendemus in locis/ nulla posset Romam frequentare multi  
 tudo: cui non esset habitandi locus publice assignatus. Attributa est ra  
 uennatis classis militie: regio trans tiberina: que postea exinde urbs ra  
 uennatum dicta fuit. Hinc ubi papa Calistus primus ecclesiam sancte  
 marie trans tiberine: quam nunc insignem cernimus/ edificauit: tēplū/  
 rauennatum/ & tabernam/ fuisse legimus/ Rauennatum meritoriam  
 eiusdemq; iregionis uia celeberrima/ aurelia/ miliario tertio/ Calistus  
 postea mortuus & sepultus est. Nec longe ab eo/ miliario uidelicet/ ab  
 urbe secundo: Felix primus eius nominis pontifex romanus/ cum basili  
 cam erexisset in illa cui nomen suum inditum est sepultus fuit. Et papa/  
 Honorius primus/ basilicam sancti pancratii/ a qua porte diximus es  
 se nomen/ muro urbis ad stadium propinquam/ a solo edificauit: quam  
 structura ornamentisq; insignem/ breui nisi succurratur apparet ruitu  
 ram. Ecclesia sancti Petri que uia portuensi ad pontem meruit diruta/  
 cernitur: A deodati primi pōtifis/ opus fuit. Nec fuit illo uo perum  
 magnificencia felitior Hadrianus primus pontifex Romanus: qui iter  
 multa suis narranda locis: formas aquarum: sabbatinam iouiāq; magno

ubi notatu urbe Roma  
 ante .xxxxi.

maria trans tiberi

clitus via aurelia  
 sepultus

ix p̄m  
 Sancti pancratii

Sancti petri via por  
 tuensi. caia

Adriang. prim. pontifex

impedio/maiorēq; populi romani labore/ restituit. Quarum una for  
 nicibus cētum/ ad principis apostolorum basilicam ipsumq; uaticani sub  
 urbium: altera/ per aurelie porte/ & uie cliuum/ partim ad pontē aure  
 lium/ cui demolito/ nunc rupto est nomen/ ut in urbem laberetur: par  
 tim ut molis deseruiret: sunt perducte. Mirūq; in paulo plus minusue  
 sexcētis annis/ quot abinde effluerunt/ nulla tanti operis aut in manculo  
 aut in uaticano/ uestigia apparere. Leonem quartum pontificem/ manet  
 in uaticani suburbio gloria: eius tamen in manculo cernuntur opera: tur  
 res due/ nūc in nauualium faucibus destitute: quas post commissum a sar  
 racenis: ecclesie principis apostolorum/ & ipsius ianiculi icēdium: eo ex  
 citauit in loco: ne barbaris ultra pertiberi/ sicut tunc acciderat. pateret  
 accessus. Restat Vaticanus de quo Festus Pōpetus sic scribit. Vaticanus  
 collis appellatus est/ eo q; potitus sit populus romanus uatum responso  
 pulis eiruscis. Sed Aulus Gellius in noctibus actis libro decimo octa  
 uo de eodem sic dicit. Et agrum uaticanum/ & eiusdē agri deum: presi  
 dem appellatum accepimus. a uaticiniis que ut atq; instinctu eius dei/ i  
 eo agro fieri solita essent. Sed preter hanc causā. M. Varro in libris/  
 diuinarum aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut arius  
 inquit deus appellatus atq; ei statuta/ que est infima n. uia: q; in/  
 eo loco diuinitus uox audita erat: ita uaticanus deus nominatus/ penes/  
 quem essent uocis humane initia: quoniam pueri simul atq; parti sunt/  
 eam uocē edunt que prima in uaticano sillaba est. Idcirco uagire dicitur  
 exprimere uerbo sonum uocis recentis. Hāc nunc urbis romę partem  
 primum Leo papa eius nominis quartus/ muro ciuitatis/ & ciuitatem leo  
 ninam de suo nomine appellauit. Eius uero muniende/ causa fuit/ quam  
 superiore diximus loco/ ne sicut paulo ante contigerat principis aposto  
 lorum basilicā possent capere inquinare diripere: sarraceni. Habuitq;  
 ea munitio sex portas/ etiam nunc extantes: quarum prima in mancū/  
 dimittens/ ab ecclesia cui subiacet sancti spiritus/ habet nomen. Alia edi  
 to in colle sita/ dicitur pertusa. Tercie cui palatio pontificis subiecte/ a  
 uiridario contiguo nunc est nomen/ leo pontifex/ sancti Peregrini/ ad  
 cuius ecclesiam ea itur uia: appellationem dedit. Quartam nunc clausā  
 que duceret ad scolam longobardorum saxonumq; / posterulam appella  
 uit. Quamquam edem nomine quintam quoq; sepulcro Adriani im  
 peratoris/ nunc arei sancti Angeli/ qua in campos itur subiectam: uoca  
 uit. Sexta dicitur porta enea: que i Adriani pontem urbemq; perducit

Leonis q. du

De Vaticano

Leo. q. Vatican  
 ciuitas Leonin  
 .xxxix.

Sex porte Vatica

M. Varro



a triumphali

Libet autē postq̄ portas urbis que etate nostra extant proposse descrip-  
simus locum indicare unius quam omnium celeberrimam roma habuit  
Ea est triumphalis per quam & nullam aliam triumphi agebantur. Et  
ut rem quam si hominum opera quicq̄ solidi haberent oportuit eterna  
claritate fulgere tenebris in quibus oniro perierat certiore abstra-  
mus modo. quid & ubi fuerit primo dicemus deinde testimonia qui-  
bus assertio nostra constet afferemus. Pons cuius pilarum fundamēta  
nunc ad sancti spiritus hospitale in tiberi cernuntur: & porta ad itimā  
tiberis ripam cuius fundamentorum moles extat: & uia ab eo ponte ad  
Cesaris obeliscum ad areamq̄ basilice sancti Petri subiectam secundū  
radices montis uaticani protensa triumphali non ine appellabantur: nec  
ulterius quam ad beati Petri basilicam eā uia quantum potuerim conii-  
cere protendebatur: quin mihi constat uiam ipsam nullatenus fuisse lo-  
giorem: q̄ quicquid soli predictam basilicā aut obeliscum & Apollinis  
templum adiacebat triumphale appellabatur. De porta autem quod dix-  
imus clare & copiose probat Iosephus in libro septimo de captiuitate iu-  
daica Vespasiani & Titii imperatorum describens triumphum. Dicit  
enim ipsos imperatores qui non in palatio maior: sed in Isthidis templo  
nocte quieuerant ad Octauiani ambulationes transiisse. ubi eos sena-  
tus & honorati equites prestolabantur. Et cum fauor militaris eos me-  
ritis ornasset laudibus uotis rite celebratis ad portam recessisse que  
ab eo q̄ per illam semper triumphorum pompa duceretur nomē accepit  
Finiſq̄ pompe fuit capitolini Iouis templū. Territorii etiam triumphalis  
non leue habet testimonium uita beati Petri apostolorum principis a  
beato Hieronimo presbitero ut prefert titulus siue ut aliqui uolunt  
a Damaso papa scripta ubi dicitur beatum Petrum fuisse sepultum i  
ecclesia sui nominis que ad templum Apollinis iuxta territorium triū-  
phale fuerit edificata. Et constantem famam retinet etas nostra: pontē  
de quo diximus nobilium fuisse nec illo unquam ruriculas transiisse.  
Habent etiam incidenter monumenta commutationis facte kalendis au-  
gusti siue sextilis a memoria uictorie Octauii Cesaris Augusti de An-  
tonio & cleopatra ad liberationem beati Petri a carcere & cathenis  
Herodis. unde festum beati Petri ad uincula celebramus cineres. C.  
Cesaris obelisco insigni positos qui cernuntur in territorio triumphali.  
Isthidis uero tēplum in Sexti Ruffi descriptione urbis Rome cōtinemus  
fuisse nimirum inter cuius ad huc durat uocabulum: tunc cognomine

basilica uaticani

Isthidis templū

Memoria

calchidicam & uiam latam. Et ambulationes octauias docet Suetonius  
Trasquillus ihc uerba. Reliquias suas mausoleo condiderunt. Id opus  
inter flamineam uiam ripamq̄ tiberis sexto consulatu suo extruxerat:  
circumiectasq̄ siluas & ambulationes in usum populi iam publicauerat.  
Pauloq̄ supra eum locum Suetonius porte triumphalis meminit. Vbi  
quosdam senatores censuisse dicit Augusti funus porta triumphali du-  
cendum. Vespasianus itaq̄ & Titus cum noctu ad istidē uia lata quieuis-  
sent: ad Augusti ambulationes ubi nunc augusta dicitur descenderunt:  
& inde traiecto tiberi per proximum pontem: cuius cernuntur coxarū  
fundamenta ad uiam portamq̄ triumphalē ubi nunc est sancti spiritus  
in saxia hospitale recesserunt. Sed iam hospitalis in saxia cognominis  
causam reddituri multas loco factas mutationes ostendemus. Bello  
longobardorum quod ducentis & quatuor annis Italiam afflixisset in ro-  
manorū imperii inclinationis historia ostendimus: per karolum Mag-  
num Francorum Regem finito. Hadrianus primus pontifex Romanus  
saxones primo & breui post longobardos multitudinem haudquaquam  
contemnendam ciuitate a romanis donari curauit: quibus gentibus ro-  
mani cum non esset usum satis tutum intra urbis menia dare sedem  
assignarunt in uaticano tunc immunito: ut cum pons triumphalis tunc  
etiā dirutus esset: uie illius edificia a tiberi ad territorium triūpha-  
le cōtinuata habitarent. Innuunt hec & non parua ex parte narrat Ha-  
driani ipsius & postea Leonis quarti pontificis Romani gesta quorum  
Hadrianus longobardos & saxones federatos subitos recipi curasse di-  
citur. Leonis autem gestorum narratio habet illum appellasse portam  
mediam murorum a mole hadriani ad palatium perductorum: que du-  
ceret ad uiam longobardorum & saxonum nomine Posterulam. Hinc  
factum est ut celeberrimum illud hospitale ab Innocētio tertio edifica-  
tum a uico saxonum: in quo edificatum fuit in saxia appelletur. Implicat  
uero erroribus multos etiam non indoctos fama per multos annos  
multorumq̄ scriptis continuata: fuisse in monte qui arduus supra dictū  
hospitale uaticani suburbio includitur palatium Neronis: quod quidē  
falsissimum esse non dubitamus ostendemusq̄ ubi Neronis palatium fu-  
erit cum ad priuata urbis edificia uetum erit. Cornelius Tacitus apud  
quē gesta Neronis particulari narratione habetur dicit illum clausisse  
in ualle uaticana spatium in quo equos regeret: haud promiscuo spectacu-  
lo. Et paulo infra addit eundem apud nemus quod nauali stagno circum

Sancti spiritus  
saxia





naumachia in  
cano monte

posuit extruxisse conuenticula & cauponas. Fuit ergo in mote illo uatica  
ni dei templum quod supra ab Aulo Gellio descriptum ostendimus. Nauale  
autem stagnum: siue ut uocabulo greco appellant naumachia fuit secus  
ipsum montem sub aurei montis radicibus qua ad portam pertusam itur  
& ubi nuper hortos exsiccatio limo uidimus incobatos unde in multis que  
legimus apocriphis magna uaticani pars naumachia appellatur. Et in  
uita beati Petri de qua diximus etiam habetur Ecclesia in sancti Petri  
extructam fuisse apud naumachiam. pariterque hospitale quod Leo ter  
tius papa edificauit in regione ecclesie sancti Andree a Simacho primo  
papa dedicata & sancte Petronille que templum Apollinis iobeliscum  
uergit: ad naumachiam appellatum est. Sed iam cum sit uerum ad sanc  
torum opera: de beati Petri apostolorum principis loco martiri & pas  
sionis que nos opinemur in medium proferamus. Nam cum ad there  
bitum inter duas metas illum fuisse passum constans sit fama quis sit  
is locus omnino ignoratur: nec desunt qui lamculum falso ea gloria orna  
re querant. Afferemus autem ad tantam rem nostro iudicio demonstra  
dam testimonium: quod eo maiorem habere debet auctoritatem: quo  
ab hostibus fidei sumptum: omni adulationis suspitione carebit. Corne  
lius Tacitus: post narratum incendium illud mirabile quo Neronis tem  
poribus septem diebus roma arsit: de causis illius incendii multa dispu  
tans hec habet uerba. Sed non ope humana. non largitionibus principis  
aut deum placamentis decedat infamia: quin iustum incendium crede  
retur: ergo abolendo rumorem Nero subdit reos: & exquisitissimis pe  
nis affectit. quos pro flagitiis inuisos uulgus christianos appellabat: auctor  
eius nominis Christus. Tiberio imperante per procuratorem Pontium  
Pilatum supplicio affectus erat: repressaque imprensus exitialis supersti  
tio rursus erumpebat: non modo per iudeam originem eius mali: sed  
per urbem etiam quo cuncta undique atrocitas aut pudenda confluunt cele  
branturque: Igitur primis corpe qui fatebantur: deinde iditio eorum  
multitudo ingens: haud proinde crimine incendii quam odio humani  
generis conuicti sunt: & pereuntibus addita ludibria: ut ferarum ter  
gis coniecti lamtatu canum interirent: aut crucibus affixi: aut flamme  
ut: aut ubi defecisset dies inusu luminis nocturni urerentur. Ortos su  
os ei spectaculo Nero obtulerat: & circense ludicrum e debet habitu  
aurige permixtus plebi uel curriculo insistens. Unde quamquam aduer  
sus fontes & nouissima exempla meritos animaduertetur miseratio

oco martiri beati petri

Tacitus

oriebantur: tamquam non utilitate publica sed in seuitiam unius absumeretur. Ostendimus autem supra Cornelium scripsisse Neronem clausisse  
inualle uaticana spatium in quo equos regeret: haud promiscuo spatio  
& hoc in loco dicit hortos illum suos spectaculo supplitii christianorum  
obtulisse: ac circense ludicrum edidisse. Clausum itaque inualle uaticana  
spatium illud non dubitamus esse: cuius nunc multis in partibus demoli  
ti: muros & sedilium denudatos fornices: per uineas que moles Hadri  
ani subiacent cernuntur. Quamquam Plinius semper ubi de obelisco qui  
est in uaticano mentionem facit: illum designat in Gai & Neronis circo  
positum fuisse. Et cum neque ipsa Hadriani moles: neque conuictus pos  
tunc esset: que anno ab inde centesimo Hadriani imperatoris opera fue  
runt: non immerito ut mihi uideor crediderim: circum Gai & Nero  
nis partem subuibii que nunc est uaticani occupasse: & hortos a circi  
illius clausura ad tiberim pertinuisse. Quibus in hortis eoque in loco ubi  
nunc est ecclesia sancte Marie intrans tiberim: cum multi fuissent torti  
occisi lamati que christiani Petrus fuit crucifixus. Terebitum uero arbo  
rem: que sicut gummi sui nominis exsudat: sic humoris est appetentissi  
ma fuisse ad eam tiberis ripam cui dicta ecclesia est propinqua uerisimile  
crediderim. Que autem habent aut picture aut scripture de duabus  
metis iter quas Petri martirium dicitur fuisse commissum: nostram  
confirmat opinionem. Nam licet Hadriani moles metarum una tempo  
ribus Petri & Neronis sicut ostendimus non fuerit: tamen tenemus  
illos qui longo post mortem Petri tempore: id factum litteris madare  
aut pictura idiotis ostendere uoluerint signum id metarum quo nullum  
erat certius accepisse. Altera autem moles quam marmoribus spoliata  
cernimus. Vtrum Neronis tempore fuerit ignoramus. Sed iam ad ali  
as uaticani partes redeamus. Beati Petri basilicam. Flauii Constantini  
Imperatoris cui magno cognomentum fuit opus esse multi scripserunt  
Simachus autem primus a quo diximus ecclesiam sancti Andree dedica  
ta fuisse palatia episcopalia per annos ferme sexcentos ante Leonis quar  
ti tempora ad dextram leuamque ipsius ecclesie primus extruxerit. Et  
Honorius primus omnem ipsam basilicam tegulis eneis quarum magna  
pars etiam extato cooperuit: quas regulas ex Romuli templo in quod par  
tim mutata partim edificata est sanctorum Cosme & Damiani ecclesia  
imperatoris Phoce confesum accepit. Et Dominus primus pontifex roma  
nus arcam dicte basilice cui paradiso est appellatio marmoribus etiam

Simachus

Honorius

Dominus

De hortis Heroni

De mole Adriani

De mole altera

De basi petri bap

Etiam sancti And



extantibus stravit: que marmora fame inherentes crustas fuisse credi-  
mus: mete illiusquā spoliata: cuius monumentū fuerit diximus ignora-  
re. Post Leonem quartum / Nicolaus tertius ex gente ursina pontifex  
Romanus / palatium episcopale beati Petri auxit / quod adānum circiter  
abinde centesimum / Bonifatius nonus non leui impēsa ornauit. Sed ad  
Leonē q̄rtū iterato reuertamur. Is pōtifex magnanimus / cinctā ut dixi-  
mus muro & a se Leonnā appellatam ciuitatē / corsis repleuit: qui sarraceno-  
rum persecutionem fugiētes / populariter emigrauerant: magnāq̄  
suscipiēs ipsius & basilice beati Petri curā / multa fecit: q̄ in hoc annorū  
uixdum sexcentorum / quot in hęc tempora intercesserunt / spatio: inue-  
terata: iam omnino corruerant: breui ad nihilum peruentura nisi tua  
beatissime pater Eugem opera factum esset: ut illa nūc letemur cerne-  
re inouata. Vbi enim Leo domus ecclesiam ornauit: tu illam suppellectile  
sacrorum ministerio pariter peridonea donatam: tecto insuper maiori  
ex parte nouisq̄ sacristie cameris innouatis / reddidisti meliorē. Sola re-  
una uideris a Leone superatus: q̄ ualuas ille argenteas tu eneas basilice  
dedisti: nisi par uideatur magnificentia: pro argenteis / nullo exquisito  
ri artificio factis: eneas posuisse inauratas: tantisq̄ insculptas historis  
unionis grecorum. harmeniorum. ethiopum. iacobinorum. & aliorum  
populorum / tua opera: tuaq̄ impēsa: romane ecclesie conciliatorum:  
ut quadruplo eris aurisq̄ impendiū / merces opificis superauerit. Quid  
quod ubi Leo campanariā turrim / que omnū prima in orbe terrarum  
fuit: tu erarii officinam: & proxime speciosissimam palatii portam: ex-  
truxisti. Strata uero palatii area & ipsa que in urbem ducit uia: in mul-  
tas postea partes urbis diuisa tanti sunt decoris: ut alia ab ea: que mul-  
tis retro seculis fuit: urbs romana reddita esse uideatur. Gentilium /  
que extant / alia uaticanus ager nulla habet opera: preterquam Cai obe-  
liscum de quo quia unicus ex maioribus nunc stat. plura dicere nequaq̄  
absurdum iudicamus. Eas lapideas moles nullius romani opera aut cura  
fuisse excisas cōstat. Nam ipsos qui rome integri / corrupti ue / aut fue-  
rint / aut nūc cernuntur: a thebis / ac aliis egypti urbibus / pduc̄tos fuisse  
Plinius Veronēsis i trigesimosexto amianusq̄ Marcellinus / ostēdūt.  
Hūc autē q̄ i uaticano uisitur: Plinius i uigesimo sexto. tertiu ex maio-  
ribus q̄ fuerit aduecti ponit: & libro sextodecimo ubi de magnitudine  
arborū tractat: hęc habet uerba. Abies admirationis precipue uisa ē /  
inai q̄ ex egypto / Cai principis iussu / obeliscū in uaticano circo statutū

Nicolaus

Bonifacius 11?

Leo 7?

agenius Valuas eneas  
ante petri confari for

obelisco Vaticanum. lx.

quorūq̄ trūcos lapidis eiusdē / ad substinēdū eum / adduxit: q̄ naue nihil  
admirabilius uisum in mari certum est. Centum uiginti modii lentis /  
pro saburra ei fuisse. Longitudo spatium obtinuit / magna ex parte osti-  
ensis portus / latere leuo. Ibi namq̄ demersa est a Claudio principe. Ar-  
boris eius crassitudo / quatuor hominum ulti / complectentium: imple-  
bat. Amianus uero Marcellinus / rerum gestarum libro decimosextimo  
recondissimam habet de obeliscis narrationem: quam libet eius uerbis  
inserere. Administrantē secundam adhuc Orphito prefecturam: obeliscus  
rome in circo erectus est maximo: super quo nunc / quia tēpestiuum  
est pauca discurrā. Urbem prisca seculis conditam / ambitiosa menū  
structura / ac portarum centum quondam aditibus celebrem / hecatom-  
philon / thebas institutores ex facto cognominarunt / cuius uocabulo: pro-  
uincia nūc usq̄ thebas appellatur: hanc inter exordia pandentis se late  
kartaginis / improuiso ex cursu duces oppressere penorum: posteaq̄ re-  
paratam / persarum Rex ille cambises / quod uicerat alieni cupidus / & i  
manis egypto perrupta / aggressus est: ut opes exinde raperet inuiden-  
das: ne deorum quidē donans parcens: quod dum inter predatores tur-  
bulēter concurrat: laxitate prepeditus / indumentorum / concidit pronus  
ac suo met pugione / quem aptatum femori dextro gestabat. Subita ui-  
rutne nudato: uulneratus pene letaliter / iterisset. Longe autem postea  
Cornelius Gallus / Octauiano res tenente romanas / egypti procurator  
exhausta ciuitatē plurimis interceptis: reuersusq̄ / cum furtorum accersi-  
retur: & populata prouincie: metu nobilitatis acriter indignate: cui ne-  
gotium spectandum dederat: Imperator: stricto incubuit ferro: is si-  
recte existimo: est Gallus poeta: quem flens quodammodo in postrema  
bucolicorum parte Virgilius carmine leui decantat. In hac urbe inter-  
labra ingentia / diuersasq̄ moles figmenta egyptiorum numinum expra-  
mentes: obeliscos: uidimus plures: aliosque iacentes & comminutos:  
quos antiqui reges bello domitis gentibus / aut prosperitatibus sūma-  
rum rerum elati: motum uenis: uel apud extremos orbis incolas / per-  
scrutates / excisos: erectos: diis superis in religione dicarunt. Est autē  
obeliscus / asperrimus lapis in figuram mete cuiusdam sensim ad proce-  
ritatem cōsurgens excelsam: utq̄ radium imitetur graciliscens paula-  
tim / specie quadrata in uerticem productus angustum: manu leuigatus  
artificis. Formarum autem i numeras notas hierographicas appellatas  
quas ei uideamus excisas: initialis sapientie uetus isignuit auctoritas



Volucrum enim ferarumque etiam alieni mundi genera multa sculpen-  
tes: ad eum quoque sequentes etates imperatorum uulgatius peruenere/  
memoria: promissa uel soluta regum uota monstrabant. Non enim ut  
nunc litterarum numerus prestitutus & facilis exprimit quicquid hu-  
mana mens concipere potest: ita prisci quoque scriptitarunt egyptii: sed  
singule littere singulis nominibus seruebant & uerbis nonnunquam signi-  
ficabant integros sensus cuius rei scientia in his interim duobus habet  
exemplum per uulturum nature uocabulum pandunt quia nullos mares  
posse inter has alites inueniri. rationes memorant phisice: perque speci-  
em apes mella conficientis: indicant regem moderatori cum iocunditate  
aculeos quoque innasci debere his signis ostendentes & similia plura. Cui  
Octavianus Augustus obeliscos duos ab heliopolitana ciuitate transtulit  
set egyptia: quorum unus in circo maximo: & alter in campo locatus est  
martio. Hunc recens aduectum difficultate magnitudinis territus nec  
contrectare ausus est nec mouere: discant qui ignorant ueterem princi-  
pem translatis aliquibus hunc intactum ideo preterisse: quod deo soli speci-  
ali munere dedicatus fixusque intra ambitiosi templi delubra que conti-  
gi non poterant: tamquam apex omnium eminebat. Verum Constantinus id  
parui ducens auulsam hanc molem sedibus suis nihilque committere in  
religionem recte existimans: si ablatum uno templo miraculum rome  
sacraret id est in templo mundi totius: iacere tamdiu prepressus est: dum trans-  
lationi pararentur utilia quo conuecto per alueum nili proiectoque alex-  
andrie nauis amplitudinis ante hac inusitate edificata est sub trecentis  
remigibus agitanda quibus ita prouisis digresso uita principe memora-  
to uurgens effectus intepuit tandemque sero impositus nauis per maria  
fluentaque tiberidis uelut pauentis: ne quod pene ignotus miserat nilus  
ipse parum sub meatus sui discrimine menibus alumnis inferret: defer-  
tur in uicium alexandrie tertio lapide ab urbe seiunctum. Vnde chamul-  
cis impositus tractusque lenius per ostiensem portam piscinamque publica  
in circo illatus est maximo. Sola post hec restabat erectio que uix aut  
ne uix quidem sperabatur posse compleri. Erectis itaque paululum altis  
trabibus ut machinarum cerneret nemus innectuntur uasti funes &  
longi in speciem multiplicium litiorum celum densitate nimia subtexen-  
tes: quibus colligatis mos ipse effigiatus sculptilibus elementis paulatimque  
per id arduum mane protentus diu pensilis hominum milibus multis  
tamquam molendarias rogantibus metas cauea locatur in media: cui

sphera superponitur enea aureis laminibus nitens qua confestim ut  
ignis diurni contacta ideoque sublata facis imitamentum in figura ereu-  
itidem auro imbracteatum uelut abundanti flamma candentis secuteque  
etates alios transtulerunt: quorum unus in iaticatio alter in hortis saluf-  
riti duo in augusti monumento erecti sunt. De litteris autem hierogly-  
phicis preter ea que superius scripta sunt Marcellinus in libro uigesimo  
secundo ubi de pyramidibus egypti tractat infra scripto dicit modo: Sunt  
et syrrigenes subterranei quidam & flexuosi seressus quos ut fertur  
peritruum uetustorum aduentare diluuium presertim metuentesque  
ne terimoniarum obliteraretur memoria penitus operosis digestos  
todinis per loca diuersa struxerunt: et excisis parietibus uolucrum ferra-  
rumque genera multa sculpserrunt et animalium species innumeras que  
hieroglyphicas litteras appellant. Et Cornelius Tacitus sic scribit  
primum per figuras animalium egyptii sensus mentis effingebant & anti-  
quissima monumenta memorie humane impressa saxis cernuntur. Sa-  
tis uero iam satis extra uictuata urbis rome mema uagati sumus: ad ipsa  
priscorum monumenta ceteraque urbis partes redeundum est. Montes  
in urbe septem numerantur. Capitolinus qui & Tarpeius Auentinus  
Palatinus. Celius. Esquilinus. Viminalis. Quirinalis. Caeliaque loco-  
lanculensis postea annumeratus est. Capitolinus mos sicuti M. Varro de  
lingua latina scribit dicitur quod hic cum fundamenta edis iouis sederentur  
caput humanum dicitur inuentum: Hic mons ante tarpeius dicitur a  
uirgine Vestali Tarpeia ibi a sabinis necata armis & sepulta cuius no-  
minis monumentum relictum quod etiam nunc eius rupes tarpeium  
appellatur saxum: hunc antea montem saturnium appellatum prodiderunt  
& ab eo late saturniam terram ut etiam Ennius appellat. Antiquum  
oppidum in hac fuisse saturnia scribitur. Etiam uestigia nunc manent tria  
que saturni fanum in faucibus: que saturnia porta quam Iunus scribit ibi  
quam nunc uocant pandanam. Virgilius in octauo. Hinc ad tarpeam se-  
dem & capitolia ducit. Aurea nunc: olim siluestribus horrida dumis.  
Alia de capitolio etiam nunc notissima afferre priscorum testimo-  
nia superfluum iudicamus. De Auentino sic habet M. Varro. Auenti-  
num aliquot de causis dicunt. Neuius ab auibus: quod eo se a tiberi ferreret  
aues. Alia Regem auentino albano que ibi sit sepultus: alii auentinum ab  
aduectu hominum que commune latinorum ibi Diane templum sit consti-  
tutum. Ego maxime puto que ab aduectu: Nam olim paludibus mos erat

Montes Vri



a reliquis disclusus: ita ex urbe aduehebantur ratibus. Palatini montis uocabuli causam hanc affert. M. Varro: quarte regionis palatium, quo palantes cum Euandro uenerunt: qui & palatini ab origine ex agro reatino qui appellatur palatium ibi confederunt. Sed hoc alii a Palantia uxore Latini putarunt. Eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam. Itaque Neuius balatium appellat. Virgilius in octauo genus a Palante profectum: Qui Regem Euandrum comites: qui signa secuti De lege locum & posuerunt in montibus urbem Palantis proauis: de nomine palanteum. Et infra. nobile pallateum. De celo monte sic habetur apud Varronem. Celsus mons a Celto Vibemio tusco duce nobili: qui cum sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra Latinum Regem. Exquilini montis: quod omnium sit maximus: longam ponit. M. Varro expositionem: & que multas habet partes nominum, etiam ipsius Varronis etate obscurarum, nequaquam intelligibiles: que autem ad rem nostram faciunt sunt hec. Secunde regionis exquilie, alii eas scripserunt ab excubis Regis dictas. alii ab eo quod exculte a Rege Tulho esset, & infra. Exquilie duo montes habiti. Sequitur Varro simul de duobus, quos ob paruitatem colles non montes appellat: in hec uerba. Tertie regionis colles quinque a deorum fanis appellati sunt, & quis nobiles duo colles, uiminalis ab Ioue uimineo cuius ibi ara sunt. Collis quirinalis a quirino fano: sunt quod a quirinibus qui cum Tacio curribus uenerant Romam, quod ibi habuerunt castra. Montium nominibus explicatis, urbem primam a Romulo conditam: ne post hac multis narrationibus offitiat eius ignorantia, idicemus. Eam capitolium siue tarpetum, & pallatinum auentinumque montes: solum cum his quas intercedere uidemus conuallibus, comprehendisse, hinc constat: quod alios omnes quinque montes & colles additos T. Lilius ostendit. Sunt enim illius de Tullii Hostilii gestis rebus, hec uerba libro primo Roma interim crescit albe ruinis, duplicatur ciuium numerus, celsus, additur urbi mons: & quo frequentior habitaretur: eam sedem Tullus regie capit: ibique habitauit. Secundus noue urbi additus mons fuit Ianiculensis. Lilius in Anni Marci gestis rebus: Ianiculum quoque adiectum non inopia loci: sed ne quando ea arua hostium essent. Alii tres postea simul a Seruio Rege additi: Lilius item in primo. Urbs quoque amplifacunda uisa est. Addit duos colles, uiminalem, quirinalemque, inde demum psauget exquilias: imbiusque ut loco dignitas fieret inhabitat. aggere & fossis & muro circumdat urbem. Sed Cornelius Tacitus aliter de urbis prime

ambitu sentire uidetur, cuius sunt hec uerba. A foro boario ubi erentaurum aspiciunt, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi ceptus: ut magna Herculis aram amplecteretur: Inde ceteris spaciis interiecti lapides, per ima montis palatini, ad aram celsutui, mox ad curias ueteres, tum ad sacellum, larum, forumque romanum: & capitolium, non a Romulo sed a Tito Tacio additum. Progressuri ad eam quam intendimus edificiorum locorumque urbis descriptionem: qui nunc sint octo montes: quidue habeant integrum, uel demolitum: aut uetustum, aut nouum ostendere pergamus: sic enim fiet ut postea que iunctis & conuallibus ac ceteris urbis partibus reliqua sunt: facile ostendamus. Pudet uero pigetque: a capitolio incipientem, eius deformitatem referre. Is etenim mons quem deorum domicilium. M. Cicero cum sepe alias, tum maxime in oratione ad quirites habita, pridie quam iret in exilium, appellat. Et Virgilius aureum dicit. Qualis etiam anno post functos uita Cicerone & Virgilium trecentesimo fuerit, Ammianus Marcellinus, in Constantii, filii Flauii Constantini Magni rebus gestis ostendit. Constantius enim ex constantinopoli, in qua natus & educatus erat, tunc primum Romam ueniens: ipsa urbe inspecta obstupuit. Suntque de illo hec Ammiani uerba libro sextodecimo. Deinde intra septem montium culmina, per adiuuantes plantarumque posita urbis membra collustras, & suburbanas: quicquid erat primum: id eminere inter alia cuncta sperabat. Iouis Tarpei delubra, quantum terrenis diuina precellunt. Et infra idem Ammianus libro uigesimo secundo describens egypti miracula, sic habet. His accedunt altis suffulta fastigiis templa, inter que eminet serapeum, quod licet minuatur exilitate uerborum: atris tamen columnaribus amplissimis: & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudinem: ita est exornatum: ut post capitolium, quo se uenerabilis Roma in eternum attollit: nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. Eandem uentis sententiam doctissimus optimusque uir Cassiodorus, in edicto Theodorici primi ostrogothorum Regis: per quod formas aquarum, urbis Rome iussit reparari hec habet uerba. Traiani forum uel sub assiduitate uidere miraculum est. Capitolia celsa conscendere, hoc est humana ingenia superata uidere. Nunc uero, preter lateritiam domum a Bonifatio nono, ruinis super edificatam, qualem medicis olim fastidisset Romanus ciuis, uisibus senatoris: & caudicorum deputatam: preter aream celi fratrum beati Francisci ecclesiam, in feretrum Iouis templi sudamentis

Capitulum



extructa: nihil habet is Capitolinus tarpeus ue mons: tatis oli editiis  
exornatus. Que autē capitolium olim habuerit loca / superfluum scribe  
re iudicamus. Nam cum fuerit rei diuine imprimis deputatus: aras:  
facella: edes: & templa / habuit supra sexagita / quorum contra si opert  
nostro expedire estimaremus / ex maiorum scriptis facile fuerit recēse  
re. Et ne uulgi imperitorumq; contenditum eam fuisse / nobilium / i  
peratorumq; & senatus / habitationem: opinionem sine testimonio aduer  
semur: Valerit Maximi libro sexto sumpta afferamus. M. Mālius uide  
gallos depulerat / inde ipse precipitatus est: quia fortiter defēsam liber  
tatem / nefarie opprimere conatus est: cuius iuste ultionis nimirum hec  
prefatio fuit. Manlius eras mihi / cum precipites agebas senones: postq;  
imutari cepisti / unius factus es ex senonibus. huius supplitio eterne me  
morie nota inserta est / propter illum enim / lege sancitum est / ne quis /  
patritius / in arce aut in capitolio habitaret: quia domum eo loci habue  
rat ubi edem monete uideamus. Sed de sacris locis que is habuit mōs:  
uel pauca dixisse / nunc magis apparentia / satis erit. Celeberrimum ea i  
arce / Iouis optimi templum / ad eam situm fuit partem / ubi nūc dicitur  
Saluator in maximis. Et templū Iani custodis capitoline arcis fuit: ubi  
nunc est facinorosorum custodie & carceris locus: quā appellant cancella  
riā. Fuit etiam celebris fame in capitolio & ipsi tarpeie rupi proxima  
Iunonis monete edes / de qua L. uius libro septimo sic habet. Dictator /  
edem Iunoni monete uouit / utus damnatus uoti cum uictor romam re  
uertisset / dictatura se abdicauit. Senatus duum uiros ad eam edē pro  
amplitude rei. p. faciendam creari iussit: locus in arce destinatus: que  
area edium. M. Manlii Capitolini fuerat. Edes autem Manlii fuisse ad  
faxum rupis tarpeie supra ostendimus. Et Virgilius indicat cum dicit  
In summo custos tarpeie Mālius arcis. Magna est etiam cliui capitolini  
per quem publicus esset in arcem assensus / nostrorum hominum inquit  
itio. Is uero ubi fuerit docet L. uius in sexto belli macedonici. Cōsules  
transfugas numidarum / qui tum in auentino ad mille & ducenti erant /  
media urbe transire / exquisita iusserunt. nullos aptiores inter conualles  
tectaq; hortorum / & sepulcra / & cauas uidiq; uias / ad pugnandum futu  
ros rati: Quos cum ex arce capitolinq; cliuo publico / i equis decurretes  
quidam uidissent / captum auētinum in clamauerunt. Dicimus itaq; hinc  
constare cliuam capitolinam publicam / fuisse ad eam arcis partem / que  
uersa in auētinum nūc ecclesiā sancti Georgii ad uellū aureū e regione

respicit. De auentino pauciora / & incertiora dicere possumus. Multa  
is mons habuit edificia: quorum notiora fuerunt / ara: quam L. uius in  
primo libro dicit primam in auētino Herculi ab Euandro positam. Et  
Iunonis templum: quod iuxta L. uium libro secundo belli punici secundi  
Camillus de illius simulacro: quia iterrōgata uellet ne romam ire: uel  
le respondit: a uicis romam perducto dedicauit: edesq; ab eodem Camil  
lo post actum triumphum Matūte matri dedicata. Fuerunt eodem in  
monte templa Dianē & Minērie. Item L. uio de quo Ouidius in fastis  
Eum regit menses: huius quoq; tempora mensis. Scuit auentino luna  
colecta iugo. Fuit & fons de quo bibebat Faunus & Pycus satiri: & Nu  
ma Pompilius unum posuit / satirosq; iebriauit. Vnde Ouidius. Lucus  
auentino suberat / niger ihicls umbra. Quo possēs uiso dicere numen in  
est. In medio gramē muscosq; ad operta uirenti Manabat saxo uena per  
ennis aque. Fuit & maioris fame spelunca Cachi: que nūc quoq; uisitur  
supra ec. Iesiam sancte Marie in scola greca: qua auentinus spectat in  
montem palatinum: de qua sic habet Virgilius in octauo. Hic spelunca  
fuit uasto submota recessu Semi hominis Cachi. Et infra. Alcides aderat  
taurosq; hac uictor agebat. Ingentes: ualle mōq; boues / amne mōq; tenebat  
Aeternus Cachi / mēs effera. Et infra. Reddidit una boui uocem: uaf  
toq; sub antro Mugit: & Cachi spem custodia fessit. Et infra. An spe  
cis & Cachi delecta apparuit ingēs Regia. Ouidius in fastis. Cachus  
auentine. timor atq; ināmia silue. Fuit etiam in auentino: sicut Plinius  
in naturalis historie sextodecimo scribit laurentum silua Ioui sacra /  
in qua Valentinus secundus Constantii comitis & Galie placidie filius  
fuit interfectus. Fuit quoq; edes libertatis: quam Graccus / sicut habet  
L. uius de secundo bello punico / ex multatitia pecunia faciendam curauit.  
Itorum omnium multorumq; edificiorū & locorum a maioribus scrip  
torum celebratorūq; que facillimum fuit commemorare: nullum peni  
tus extat: uestigium: sed quod maiori nobis est miraculo: Aquarū clau  
de & marie ductus / qui stupēdo opere in illum montem fuerant per  
ducti / parua ac nulla penē in parte cernuntur. Iustus Frontinus libro se  
cundo de aque ductibus: hec habet uerba. Et secunda deinde partitione  
distributa regionibus / quibus singule seruebant aque plures darentur  
tamq; Gellio & auēntino in quos sola claudia per arcus ne romanos duceba  
tur: quo fuit ut quocūq; debeat in aliqua ite ruenisset / celeberrimi col  
lepti in quibus nūc plures aque / & in primis martia reddita a phore



opere usq; in auentinum perducitur. De eadem aqua claudie forma Cas-  
siodorus ubi Theodericus iubet collabentes aqueductus instaurari sic  
scribit. Quis posset sermionibus idoneis talia explicare: Claudiam aqua  
per tantam fastigii molem sic in auentim caput esse perductam: ut cu-  
ibi ex alto lapsa ceciderit cacumē illud excelsum quasi unam uallem riga-  
re uideatur. Habet uero nunc is mons monasteriū sancte sabine quod  
Sisti tertii pape temporibus: quidam Petrus episcopus ab illirico ueni-  
ens propria ipensa edificari curauit. Habet aliud sancti Bonifati mo-  
nasterium que duo monasteria sūt edificiorum sumptuositate: ornāmē-  
tisq; etiam nostra etate conspicua. Reliquus mons aut ruinis aut uine-  
is est contectus. Multo autem pauciora habet itegra palatinus q̄ capito-  
linus aut auentinus. Nam preter sancti Nicolai ecclesiam a Calisto se-  
cundo papa edificatam: que etiam male integra cernitur: nullum is cele-  
berrimus mons habet edificium. Qualis autem & quanta olim fuerit  
ea edificiorum moles: indicant ruine: inter ceteras urbis conspiciende  
hunc montem incoluisse: & postea communisse Euandrum testis est Li-  
uius in primo: Sed cum Reges primo. deinde consules & postea impe-  
ratores maiori ex parte eam habuerint certam sedem: quis tanta edi-  
ficia auxerit nullus scribit quod quidem nulla ratione alia factum credi-  
derim q̄ unusquisq; nulla insigni constructione facta particulas addi-  
dit: quas scriptores ut parum lignas mādare litteris obmiserunt. Ha-  
bet autem Liuius libro ter. io: edes Vani ducis fundam fuisse: que Va-  
ni prata diruto edificio publicatoq; fuerint appellata. Et in bello mace-  
donico. M. Iunius Brutus edem magne matris deum in palatio dedica-  
uit: et ludos ob eam dedicationem factos Megalesia appellatos. Sueto-  
nius autem dicit. Caium Cesarem templum Apollinis in palatio con-  
struxisse. Et Liuius in octauo de bello secundo punico matrem magna  
deum a grecia aduectam in edem Victorie que est in palatio pertulere.  
Et Helius Lampridius scribit uarium Helogabalum imperatorem  
consecrasse helogabalum i palatio mote & ibi templum fecisse. Ipsum  
uero montem qui sicut supra ex Varrone ostendimus triplicem habuit  
nominis causam. Balatium nunc posse appellari uidemus. q̄ ubicunq; nō  
impediunt magne molis ruine: aut ubi uine ta excelsis in formicibus pen-  
silia nō occupant: totus ager pascuus nō ouibus magis q̄ caballis uerue-  
cibus & capris est factus. Quia ex re aliquādo i uarias cogitationes ue-  
nimus. quid de cetera liceat Roma suspicari: cum tres illos montes qui

tres illos montes qui primi & soli in prima urbe a Romulo comprehēsi  
fuerint: nunc si absint ruine uidemus pene ad eam deductos edificiorū  
nuditatem: quam Roma nondum condita habuerunt. Fuit etiam in ea  
parte palatii quam septentrionem uersus in triumphalem Flauii Consta-  
tini imperatoris arcū uergentē uidemus: locus palladii cuius insignes ex-  
tant ruine binas habentes pene integras ex marmore portas facile su-  
perantes pulcritudine edificii ceteras omnes quas uetusti aut noui ope-  
ris Roma nunc habet. Eoq; in maiorum ambitu quem nunc uulgo palla-  
tium corrupte pro palladiū appellant: ecclesia concluditur sancti Andree  
de pallara: in qua quidem parua: sed ornata sepulcrum est Iohannis pa-  
pe eius nomine octau. Ceteras palladii partes alto circundatas muro  
uinea implet: predium summi uiri Domini capramensis tituli sancte  
eructi sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis: quem litteris orna-  
tissimū prudentia & consilii altitudo haud qua q̄ minus q̄ cardinalatus  
dignitas celebrem reddunt. Id Palladii uerbum quid sibi uelit exponen-  
dum uidetur. Palladem Poete dicunt Iouis fuisse filiam sine matre ita  
ut cum uideret Iuppiter uxorem Iunonem esse sterilem: percussio sibi  
capite Palladem armatam emisit. Vide Lucanus libro nono. Hanc  
& Pallas amat patrio que uertice nata est. Et Ouidius fautorum tertio  
An quia de capitis ferretur sine matre paterni Vertice cum clipeo profi-  
luisse suo. Hanc eandem Cicero libro de natura deorum tertio inuētri-  
cem ac principem belli fuisse dixit ob quod a nonnullis bellona uocata ē  
soror scilicet & auriga Martis. Dicente Statio. regit atra iugales San-  
guinea Bellona manu: longaq; fatigat Cuspide: Namq; torua oculis &  
armis insignis ferre lōgā hastā tū cristallino clipeo & pictum habere pē-  
plū a poetis dicitur qui & uirgo fingitur & nupta. Et Virgilius i enei-  
dos Pars stupet innupte donum exitiale minerue. Sed quom uirgini  
Palladi Pallas gigas Titani filius deorum immitissimus: & sicut Ci-  
cero uult eius pater uim inferre attentaret: eum illa peremit: a quo  
ut quidam asserunt: pallas & ipsa uocata est: Nam eadem primo Tri-  
tonia uocabatur quia primitus circa Tritonis paludem conspecta fuit.  
Alii autem uolunt Palladis uerbum a greco: q̄ uibro latine inter-  
pretatur: hinc dictum q̄ hastam uibrare consueuerit: atq; docuerit.  
Fuit etiam cognominata Minerua quasi uim minetur: sicut apud Cice-  
ronem libro secundo de natura deorum interpretatus est. balbus. Vel  
ut quidam uolunt: quia sit minue ns neruos: eo q̄ qui optimis artibus



uerum laborem impediunt / uires corporis minuere. uidentur. nam ipsa  
eadem sapientie dea / & omnium artium inuentrix dicitur: eo q̄ teste /  
Seruio super secundam Virgili eglogam / de capite Iouis nata est. Et /  
Ouidius fastorum tertio uult. lanifices. fullones. textores. & alios arti  
fices / illi sacrificium facere: his uersibus. Hanc cole qui lesis maculas /  
de uestibus aufers. Hanc cole uelleribus quisquis aena paras. Idem libro  
desine titulo. Artifices i te uerte Minerua manus. Virgilius in tertia  
egloga. pallas quas condidit artes / Ipsa colat. Eius templum apud milesi  
os / teste Herodoto libro historiarum primo / admirandum fuit / q̄ ab Ali  
act. igne consumptum est / & apud illos pallas assisia dicebatur. A palla  
de palladium est dictum / quod fuit in urbe troiana / antiquissimum palla  
dis signum e ligno / mouens oculos / & hastam / sicut dixit Seruius super  
eneidos secundum. Nam cum apud troiam in honorem palladis arx / &  
in eius summo templum illi edificaretur: e celo cecidit: & locum sibi in  
eo templo statuit: nondum coperta ede: Moxq; ab Apolline datum fuit  
oraculum / eius ciuitatis futurum exitum: si id simulacrum extra menia  
portaretur / quod Ouidius libro sexto fastorum eloquentissime profecu  
tus est. Vnde cum tempore belli troiani / Ulixes & Diomedes cuniculis  
in arcem penetrasset / occisis custodibus / simulacrum abstulerunt. Hoc  
cum postea teste Seruio Diomedes haberet / oraculo monitus / troianis  
restituere uoluit. Et transeu. ad italia Enee afferre conatus est. Quē  
cum sacrificantem uelato capite comperisset: ne sacrificii ordinem per  
uerteret: accepit palladium naues quidam / Vnde Minerue sacra non  
iulia gens habuit / sed natorum. Hinc Virgilius libro quinto ait. Vnū  
tritonia pallas Quem docuit. Seruius autem gramaticus dicit / quosdā  
scripsisse palladium a romanis tempore belli mitridatici compertum / &  
a. G. Fimbria romam delatum / quod ab unico tantum sacerdote custodi  
ri consuetum fuit. Vnde Lucanus. Troianam soli cui fas uidisse miner  
uam. Palladium autem rome in ede Vestis fuisse / ostendit Plinius libro  
septimo naturalis historie: qui cum laudes summas Lutu Metelli / suam  
indicantes felicitatem enarrasset: que nulli alii post Romam conditam co  
tingerūt: subdit hec omnia abunde uno casu confutari possunt: quoniam  
orbam luminibus exegit senectam / amissis incendio / cū palladiū raperet  
ex ede ueste / memorabili causa sed euentu misero. Quo fit ut infelix /  
quidem dici non debeat / felix tamen esse non possit / & infra. Tribuit /  
ei romanus populus quod nulli alii ab condito euo: ut quoties isenatum /

met / curru ueberetur ad curiam. Magnum ei & sublime: sed p̄ oculis  
datum. De eodē Metello intellexit Iuuenalis in tertia satyra. Da testē /  
rome tam sanctum q̄ fuit hospes Nummis ideis: procedat uel Numma  
uel qui Seruauit trepidam flagranti ex ede Mineruam. Nam hospes nu  
mimis ideis Nasica fuit: quem Plinius libro septimo naturalis historie  
& nepos eius de uiris illustribus: cum adolescēs esset omnium romano  
rum / uirum optimum / senatus & populi iudicio laudatum fuisse scribit  
quare ideam matrem pessimunte uenientem / non modo in urbem ue  
rum a mari in palatium detulit. Nummam uero quem Lilius libro pri  
mo ab urbe condita secundum fuisse romanorum regum / e curribus sa  
binis natum / Pompili filium suo seculo iustitia & religione clarissimū /  
ostendit Ouidius metamorphoseos secundo. Destinat imperio clarum  
Prenūtia ueri Fama Nummam. Tertius itaq; quē Iuuenalis dicit ser  
uasse Palladiū ex igne fuit Metellus quē Iuuenalis itē i satira / credo pu  
dicitia. Dicite uos neptes Lepidi ceci ue metelli. Scilicet cecati cū ex fla  
granti ede ueste seruaret Palladiū / quod celeberrimo postea i palatii mag  
ni loco positū fuit: cuius ruinas ut diximus cōspicuas familia Capranice  
sis / etate nostra possidet. Sed ut uide supra digressi sumus / reuertamur  
q̄q; magna sit admirabilisq; mutatio / quam in palatino auentino capitol  
inoq; montibus: romam fecisse diximus: multas tamen maioresq; cum  
circa hominum uirtutem ac mores: tum circa publicam priuatamq; gu  
bernationem / mutationes fecit / quas nec huius temporis / nec p̄positi:  
obmitteremus. Similima autē montium nuditati est / singularis in partibus  
Rome quam nunc habemus / nimia operantium solitudo: cuius oppositū  
perpulcre Iuuenalis in Roma sui temporis fuisse ostendit his uerbis hic  
nuda & candida signa Hic aliquid preclarum Eufraoris & Policleti Fe  
rasianorū ue tera ornamenta deorum. Et infra. Inde caput morbi rhe  
darum transitus: arcto Viarum in flexu / & stantis conuitia madre Eri  
perent somnū Druso: uituliscq; marinis. Et infra Ceduntur tunice sarc  
te: modo longa corruscat: Sarraco ueniente abies: atq; altera pinum:  
Plaustra uehunt: nutant alte populoq; minantur. Nam si procubuit qui  
saxa ligustica portat Axis. & euersū fudit super agmina montē. Quid  
superest de corporibus: quis membra quis ossa? Inuenit? obtritum uul  
gi perit omne cadauer. De monte celio scribit libro primo Lilius. Celi  
us additur urbi mons: & quo frequentior habitaretur / eandem sedem  
Tullius regie capit: ibiq; habitat: & infra. Curiam fecit que hostilia /

Celuy mo



usq; ad patrum nostrorum etatem appellata est: & adhuc infra. Alba nos eum incoluisse montem. Suetonius uero scribit / Vespasianum Imperatorem templum diui Claudii in monte celio edificasse. Et Iulius Capitolinus in gestis rebus Tetrici tyranni. Tetricorum domus fuit in monte celio / contra Lisium Metellinum. Habent etiam. M. Ciceronis officina libro tertio / ubi uicia in uendendis prediis indicandane sint: disputat. Cum in arce augurium augures acturi essent: iussissent q; T. Claudium centimanum / qui edes in celio monte habebat demoliri eas: quarum altitudo officeret auspitiis / emit Calphurnius lanarius. Fuerunt quoq; eo in monte. Fauni. Veneris / & cupidinis: aliorumq; deorum edes. are. & templa: & urbis descriptio: quam Sexti Rufi fuisse diximus credere: multa ponit publica / i eo monte edificata: Macellum magnum. Lupanarios. Antrum / Cicropis: cohortes quinque uigilum: Castra peregrina. Spolairium. & armentarium. De quibus quid habeamus comperit in posterioribus dicemus. Nunc uero nostri cristianitatis ecclesis / mons ipse in primis est ornatus. Na ea in parte ad quam in palatinum montem uerges / cliuum scauri habet. Nunc monasterium e Beati Gregorii ipaternis edibus ab eodem edificatum / Inde est sanctorum Iohannis & Pauli ecclesia / cuius / superbi olim edificati / palatio / quod ex romanis pontificibus inhabitauerint nonnulli / & nunc pene funditus diruto / continentur curie hostie fundamenta. Et medio in eius montis dorso / hinc aqueductus forme superbissimi sumptuosissimiq; operis / etiam nunc extant: quarum unam cubitales littere Antonini caracalle quam in capitolium perduxit: alteram / a Claudio in auentum perductam / tituli eius imperatoris / marmorea incisi tabula / que iuxta lateranense xenodochium cernitur: fuisse ostendunt. quamquam ueteres illas fuisse credimus formas a Claudio Antoninoq; instauratas. Claudiam / uero cum maiori ex parte corruisset Adrianus papa eius nominis primus / Anno nunc sexcentesimo uigesimo instaurauit. Sunt ad ipsas formas extructa hospitale quod dicitur saluatoris / & ecclesia sancte Marie in donica / breui ut patet ruitura. Alteraq; ecclesia sancti Stephani rotunda: de ipso monte celio cognomen habens: quam tecto nunc carente marmoreis columnis / & crustatis uari coloris marmore parietibus / mu suoq; opere / inter primas urbis ecclesias ornatissimam: fuisse iudicamus eam: que in Fauni ede prius fundata fuit / quam simplitiu primus papa: aut extruxit / aut quod magis credimus exornauit. Cernitur

nunc integra ad eius montis sinistram / sanctorum quatuor coronatorum ecclesia: quam Honorius primus papa cuius romanus / in castris peregrinis a fundamentis extruxit. Sed cum postea ad annum Christi octuagesimum quintum supra millesimum ab Henrico secundo Imperatore theotonico destructa fuisset: Pascalis secundus papa eam instauratam palatio quod nunc cernitur insigni decorauit. Et sancti Erasmi monasterium quod in forma Antoniana cernitur Adeodati primi pape opus fuit. Proximum riuo operis in monte celio est xenodochium lateranense: quod Romanorum ciuitum cura impesaq; edificatum hospitalitatem seruauit: Ventum est ad lateranensem ecclesiam capitum apostolorum que seruat / ceteraq; sanctimonia & basilice ediumq; sanctissimarum structura / toto orbe / celeberrimum. Ipsa edes / q; a Flauio Constantino data fuit beato Siluestro pontifici / constantiniana basilica est appellata. Ideo lateranensis quoq; dicta: q; lateranensium nobilissime gentis / illa fuerit palatia. Iulius naq; capitolinus de M. Antonio Aurelio dicit / educatus est in eo loco i quo natus / i domo aui sui / iuxta edes laterani. Et beatus Hieronimus ad Marcellam: quis credat mulierem nobilem & potentem / i domibus laterani: qui neroniano truncatus est gladio / publice penitentiam egisse. Credimusq; illum fuisse de quo Cornelius Tacitus in hec uerba scribit. Suellio Cesonino & Plantio Laterano mors remittitur: & paulo infra proximam necem Platii Laterani Consulis designati / Nero adiungit / adeo propere ut non amplecti liberos: non illud breue more arbitrium permetteret. Ea sicut romanorum pontificum primaria est sedes: sic ab eorum plurimis olim habitata fuit. Nunc uero palatia tanto principatu dignissima: quibus circumdata fuit basilica: maiori ex parte corruerant: breui nullum alicubi passura habitatorem. Sed tu pater Eugenius / aule fastigia primum: deinde alias circa particulas / magno instauratas impedio: perficere pergis. Monasteriumq; magni / ac ut in etate nostra infanti operis addidisti: Cuius fundamenta cum in uinetis altius effoderentur: quata ibi olim fuerit operum magnificentia / ostenderunt quando quidem octenos denosq; pedes sub uinea & orto de fossa tellus / aperuit fornices. Cameras. pauimenta: & iacentes diuersi coloris columnas: exsectasq; marmore tabulas: ingeniosiq; operis statuas: & alia que non modo etate nostra: sed multis ante seculis excitata ceteris in italie urbibus / superant edificata. Visitur quoq; in celio monte portam inter / nunc dictam maiorem: quam diximus olim fuisse neuiam: & amphiteatrum





34 quibus  
semidirutum : quod Statili Tauri maiores appellauerunt : sancte cruce  
tis in hierusalem ecclesia / Helene Constantini Flauii genitricis opus : con  
iunctumque est monasterium quod a cartusienfibus nunc incolitur . Eam  
ecclesiam in palatio Iosoriano edificata / scribit in romanorum pontificu  
rebus gestis / Petrus lateranensis ecclesie bibliothecarius / Et alios scrip  
tores uidemus affirmare / Veneris & Cupidinis templa : simul con  
iuncta fuisse coniuicta . Exquiliarum deinceps edificia inuestigamus . Exq  
lias esse montes duos / ex . M . Varrone ostendimus : celebrior tamen pars  
fuit / que a foro Traiani & turribus / quas nunc comitum & militie ap  
pellatum / incipiens / per montem cui caballo est nunc appellatio / ad ter  
mas Diocletiani protenditur / definitque ad portam olim exquilinam / nunc  
sancti Laurentii aut taurinam . A Diocletiani uero terminis continuat al  
tera exquiliarum pars per montem / qui nunc habet celeberrimam sancte  
Marie maioris basilicam / protenditurque per sancti Antonii / sancte brax  
edis / sancti Viti in macello / sancti Eusebii ecclesiarum fines / ab ipsa Gar  
Marii trophea / quo usque latinam offendit uiam : que ab amphiteatro / si  
ue ut nunc dicitur colosseum / incipiens / & ad sanctorum quadraginta mar  
tirum / Clementisque ac Petri / & Marcellini ecclesias continuas : prius que  
neuiam olim : nunc maiorem attingat portam / celium montem ab ipsis  
dirimit exquilus . Nec tamen mons qui secundum eam uiam / hinc ad sanc  
torum quadraginta martirum & Clementis : inde ad unucula Petri & Mar  
tini in montibus producit / ad Gai Marii trophea in exquiliarum parte  
annumeratus est : sed proprium habuit carinarum nomen . Effet nobis /  
nunc institutum supra morem secuturis : quid exquiliie uel uetusti uel noui  
operis edificiorum habeant / explicandum : sed quia nonnullos fore non  
ambigimus / qui aliam exquiliarum designationis / que nostram auctoritate  
requirant / duos qui sunt ex uniuersa urbe reliqui colles ostendemus /  
certa quoque descriptio certissimas ostendet exquiliias . Vidimus a Marco  
Varrone & Tito Liuiio capitoliu . auentinu palatinu . celiu & ianiculu mo  
tes : parti in prima urbe conclusos : parti regibus additos . Scribit uero Li  
uius libro primo Seruii regem / cum a plificade urbi animu adiecisset : addi  
disse duos colles : quinali / uiminali que : deinceps auxisse exquilias inibi que ipsu ut  
loco dignitas fieret habitasse / aggere / fossis & muro circumdedit / urbem  
Cum ergo quirinalem collem satis supra ostenderimus illum esse qui a  
porta flumentana / nunc populi ad collinam usque / nunc salariam pertinet /  
constare est necesse / uiminali qui simul cum illo urbi additus fuit / coniunctu

fuisse : & sic collis qui post sanctam susannam / secundum hortos Salustii  
protenditur : & uiminalis fuit & porte in quam desinebat / nunc partim  
domine prae sancte Agnetis / partim numentane : uiminali dedit appellati  
onem . Consequens & necessarium fuit : ut postquam Seruius quirinali & uimi  
nali addito : deinceps auxit exquiliias / ceperit bifurcatum / qui ad celium  
montem iteriacebat . Nec illi alii que duo exquiliarum montes esse ullatenus po  
tuerunt . Interiacens uero / bifurcatus sicut diximus / exquiliis monticu  
lus / in cuius parte sancti Laurentii in pansipra monasterium uisitur : Subur  
ne uocabulo comprehensus fuit . Nec uero ros fugit descriptos supra mon  
tes adeo iterse alicubi continuatos : ut nec ab itetius inspicente / nunc eorum di  
uisio fecerit / nec satis intelligi possit . Quamobrem uelim mecum peritiores  
considerent / tales huiusmodi continuationis montium causas fuisse : a qui  
bus urbem romam supra illorum qui ipsas ignorant causas fidem obstu  
pendam admirabilemque fuisse . Primum quia quirinalem collem ad por  
tam usque omnium flumentanam / uel flamineam / que nunc populi dicitur / parte  
di diximus / nos ita corrigimus : ut colli quem grutes appellari quirinalem  
fecerunt / tumulum fateamur a Tarquinio Prisco additum : de quo Plin  
ius urbem romam libro tertio describens inquit . Claudius r roma ab  
oriante aggere Tarquini superbi / inter prima opere mirabili / namque eum /  
muris equauit : qua maxime patebat aditu plano . Estque is tumulus / quem  
monasterio nunc sancte Marie in populo supereminente ad pintiani usque  
palatii fundamenta protendi uidemus . Quomodo uero quirinali iugo  
qui omnium urbis montium parte una caput erat : agger ille mirabili ac  
insano opere est additus : ita conualles Riuorumque / quibus alii dirimebantur  
montes / iactis fornibus sunt equati : & nedum riuus ipsis & depressis  
locis / super impositi sunt aplissimi fornices / amplioribus postea edificiis  
onerati : sed ipsis etiam montium uisceribus excuatis / profossisque / tota  
penes urbs pensilis est facta . Sunt enim Liuii secundo ab urbe condita li  
bro haec uerba . Tarquinius foros in circo faciendos curauit : & cloacam /  
que maxima receptaculum omnium purgamentorum / urbis sub terra agendam  
quibus operibus / uix noua haec magnificentia quicquam adquare potuit . Et  
Plinius libro uigesimosexto . Preterea cloacam operum omnium dictu  
maximam : suffossis montibus / atque ut paulo ante retulimus : Vrbe pen  
sili subfusque nauigata . Id Marcus Agrippa fecit in edilitate post consulatum  
corruatis septem annibus / cursu precipiti torrentium modo / rapere atque  
auferre omnia coactis . Sed iam montis exquiliarum . quirinalis . & uiminalis



collum / ac carinarum / & suburre / monticulis: uetusta & noua / descri-  
bemus edifitia: futurum confisi / ut pridem nobis / sicut & multis esse ut  
demus / obscuram / clarissimo olim notitiam locorum / non parua ex pte  
ate oculos ponamus. Eam exquiliarum partem quam ad turre comitū  
militariūq; diximus ichoare / nūc obmitteremus: & adfori traianicius ps  
fuerunt / descriptionem illā reseruabimus. Prima eius montis edifitia  
quorum ad dexterā maxime cernuntur ruine / corneliorū genitū domus  
fuerūt: nec facile tota in urbe cuiuspiam priuati uiri / aut alterius fami-  
lie / domus / tam certa cognoscitur / retinet priscum nomen uetus corne-  
liorū dictus: retinet & ruine quas uulgo corneliorum terminas appellat  
Et ingētia queq; edifitia / terminas nunc ab imperitis appellari: facit mag-  
nitude terminarum Antonini & Dioclitiani imperatorū / de quibus suo lo-  
co diffuse dicemus. Visuntur ea i corneliorum uia / ad sinistram / statue  
ingentes due colosse / senum seminudorum / qui cum reliquo iaceāt cor-  
pore: pectus abstracto / brachiorum altero caputq; sustentant: altero /  
cornu copie muniuntur. Eas / Saturni Bacchiq; statuas fuisse / Apollodo-  
rus quidam / qui romam anno ante centesimum descripsit: affirmat: ad-  
ditq; proximis in ruinis / quorum frontispitium non omnino corruit / eo-  
rū deorū tēpla fuisse. Proximo ac pene contiguo / loco sunt / lapidei cabal-  
li / Praxitelis unus / alter Phidie: ut tituli indicant: opera / sane tantis /  
opificibus digna: q; nullus m. l. s. ante actis seculis inuentus est / qui ne-  
dum ea magnitudine / omnem inuentum formam superante: sed uel /  
minima uel mediocri statura / equum similem / uel saxo excidere / uel era-  
mento fundere / aut cadere nouerit / Tiridiatis eos Regis armeniorū /  
fuisse / Sexti Rufi descriptio innuit. Fuitq; is Tiridates Rex: quem ut  
romam uenturum / laute exciperet Nero: Theatrum Pompei unius di-  
ei opera / totum / inaurasse / Cornelius Tacitus / Pliniusq; sūt auctores.  
Et quidem Praxitelis ac Phidie opera / multas statuas / multa signa / ro-  
mam a multis & ab ipso Tiridate / ex asia greciaq; / fuisse aduecta / Pli-  
nius sepe ac diffuse scribit. Eadem in exquiliarum parte / qua ex monte  
prospectus est / in depressam urbis partem / hortorū Mecennatis uisun-  
tur relique / adeo etiam nunc superbe / ut cetera que ubiq; habet italia /  
noua operis superent edifitia: ut non immerito Oratius Mecennatē in  
odis redarguerit / q; nimis sumptuosus esset in edificando / maxime cū /  
esset senex. Suntq; hi uersus. Nō ebur neq; aureū mea renidet i domo  
lacunar. Nō trabes bimeticę premunt colūnas / Ultima recisas affrica.

Et in eadē oda Tu secāda locas marmora: sub ipsum funus: Et sepulcri  
immemor / struis domos. In alta autē oda. Molem propinquam nubibus  
arduis / obmitte mirari: beate. Extatq; pene integra turre / ex qua Sue-  
tonius Tranquillus / Neronem scribit / spectasse urbis incendium: & i  
scenico habitu decantasse: quam turrem uulgo nunc uerbo: ut ferme in  
omnibus multarum sillabarum nominibus assolet: sincopato: mefam: p  
mecenatiam appellat: sicut pontem miluium pari corruptela mollem /  
dicunt: nec est ea in regione femella / que quid fuerint ille ingētes rui-  
ne interrogata / non dicat eā fuisse turre / ex q; Nero crudelis urbē incen-  
dio flagrantem: ridens gaudensq; spectauit. Cernere uero est nullum  
in roma alium esse locum / ex quo tota urbs sub aspectum ueniat. Incolit  
eā hortorum Mecennatis edifitia / & quantum opes suppetunt instaurat  
alter nostri seculi Mecēnas: summe humanitatis liberalitatisq; uir: & i  
studiorum humanitatis: que apprime doctus est / cultor amatissimus:  
Prosper columnensis / sancte romane ecclesie cardinalis / adeoq; purgādo  
& instaurando / illis in edibus est profectum / ut subiecte montis exquil-  
arum radicibus: aree q; incipientis ab ea / in summam edium partē ascen-  
sus / pauimenta marmoreis uarii coloris taxillis compacta uisuntur: &  
ab omnibus quot quot romana curiam / aut inhabitant / aut aduentat / ui-  
ris ingenio / doctrina / & uirtute preditis / summa cum delectatione cal-  
cētur. Nec moueat quemquam / cui romanorum rerum monumēta mi-  
nas sint familiaria / quod diximus / hortos tam superbis edifitiis esse or-  
natos. Quod enim Plinius quasi indignanter libro decimonono scribit /  
cum prius horti / ager pauperes esse consueuissent: romani nomine hor-  
torum tunc in ipsa urbe delicias / agros / uillasq; possidebant / Idq; non so-  
lum in mecenatians: sed in Salustianis: seruilianisq; hortis / apparet: q;  
bus pauca i urbe roma paris magnitudinis edifitia fuisse uidemus: Ha-  
buit tertium ista exquiliarum pars maximumq; ornāmētum / q; domos  
inter corneliorum & Mecennatis Virgilium poetam mātuānum / habitas-  
se constat: Scribit enim Donatus grammaticus in illius uita. Habuit /  
domum rome in exquilis / iuxta hortos mecenatis / quamquam feces /  
su campanie & sicilie plurimum delectaretur. E contraq; ad eum qui se-  
quitur ut conitio / locum / infamia duo monumenta exquile habuerūt.  
Male fortune fanum de quo Plinius libro secundo scribit: Et sceleratū  
uicum: quem qui Liuium primo libro accurate perleget sub eadem exq-  
liarum parte / & ubi nunc iuturne / corrupte dicta / triuix regio incipit /



intelliget fuisse. Prius uero quā urbs roma/luxum haberet: quem im-  
peratores orbem triumphantes inuenerunt: ornate fuerunt exquilit,  
rusticis uiris/terram egregia & summa cum illius temporis laude. colē-  
tibus. Nam Liuius cum libro decimo octauo dixisset/agrū malē colere  
Cēforium Probrum iudicabatur/atq; ut refert Cato cum uirum bonū  
colonūq; dixisset: amplissime laudasse existimabant: inferius addit/ruf-  
tice tribus laudatissime/eorum qui rura habitant. Itaq; quatuor sole-  
erāt/ptibus urbis quas habitabant/dictē. suburrana. Pallatina. Colli-  
na. Exquilitina. Sed que p̄timum cepere/uirū triumphales: aut ipsi impe-  
ratores/insane molis extruere edificia/quorum nunc ruinas tantopere  
admirāmur: cesserunt coloni/& in agros suburbanāq; delati: alteram/  
pene romam que esset extra menia in circuitu construxere. Quod enī/  
i hortorum Mecenatis descriptione supra dicere obmissimus: cum Ora-  
tius in odīs multis uerbis dissuadere conatus esset Mecenati ne tam in-  
sanās domorum extruções faceret: addit hos uersus. Quid q; usq;  
proximos Reuellis agrī terminos/ Et ultra limites clientium/ Salis aua-  
rus: pēllitur Paternos in sinu ferens deos: Et uxor & uir: sordidosq;  
natos: Quam multos etiam in agros/suburbanāq; cōpulisse credamus/  
siue honesto natos loco/siue plebeios & rusticos Dioclitianum Imperato-  
rem ut terminas i exquiliis edificaret: quas nec barbari uictores iratīq;  
nec uetustas/nec improba manus/eorum qui lapides ac marmora/in ali-  
as uel sordidissimas extruções asportarunt: ita per uros mille &  
supra centum triginta post romani imperii inclinationem: demoliri po-  
tuerunt: ut non mirabile etiam nunc extet edificium: & tale: cui quatu-  
or simul maiora/que nunc habeat alibi italia/principum uirorū palatia  
magnitudine & operis sumptuositate nullatenus sint equiparāda. Nec  
tamen satis scimus/si Trebellius Pollio recte opinatus erit/qui in tri-  
ginta tyrannorum gestis rebus/de Pisone scribit/quadrigas eius cum  
statuis ex marmore/fuisse/ubi postea Dioclitiani terme sunt edificate  
tam eterni nominis quam sacrati. Ipsi in Dioclitiani terminis ecclesia est  
nunc pene destructa sancti Ciriaci: que cardinalatus est titulus. Fuitq;  
a principio in ipsarum termarum fornicibus dedicata ad Ciriaci ac forti-  
orum cristi martirum honorem: quos ipsarum adhibitos termarū edi-  
ficationi/cum maximus a Dioclitiano Cesar dictus: festum cristianis  
diem celebrare uidisset/questionibus subiectos: & ydola spernentes/oc-  
cidit Sed dicenda de terminis que multa sunt/in hunc librum cōgerere

nimis fuerit: ea igitur in aliud uolumen ducimus referuanda

## BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS LIBRI. II. INDICES

De terminis in genere.	.i.
Erant in terminis balnea.	.ii.
Erant natatoria & nemora.	.iii.
Terminus aliqui bene usi fuerunt.	.iiii.
Termarum amplitudo & usus a principio.	.v.
Terme quando primum populi usibus permisse.	.vi.
Alexandrine terme ubi fuerunt.	.vii.
Agrippiniane terme ubi fuerunt.	.viii.
Antoniane terme ubi fuerunt.	.viiii.
Neromane terme ubi fuerunt.	.x.
Titi Vespasiani terme.	.xi.
Terme Domitiani & alia eius opera.	.xii.
Naumachia domitiani ubi fuit.	.xiii.
Arcus Domitiani triumphalis nunc Triphali.	.xiiii.
Palatium sancti Laurentii in lucina.	.xv.
Terme Seuerian ubi.	.xvi.
Terme gordiane ad sanctum eusebitum	.xvii.
Terme Aureliane ubi.	.xviii.
Terme Constantiane.	.xviiii.
Terme nouatione ubi.	.xx.
Ecclesia sancte Pudentiane a quo.	.xxi.
Terme olympiadis.	.xxii.
Trophea Gai Mari ubi & quid fuerint.	.xxiii.
Basilica Gai & Luitia Cesare facta nunc terme gallutic.	.xxiiii.
Macellum ubi & quid.	.xxv.
Arcus sancti Viti.	.xxvi.
Quid fuerit in uiminali colle	.xxvii.
Horti Salustiani.	.xxviii.
Quid fuerit in quirinali colle.	.xxviiii.
De carinis. Suburra. Tabernola. Via sacra. singulis i genere	.xxx.
Via sacra ubi.	.xxxi.
Curia uetus ubi.	.xxxii.
Item uia sacra ubi.	.xxxiii.



In carinis quid.	.xxxviii.
Ecclesia sancti Petri ad uincula.	.xxxv.
Ecclesia sancte Lucie in orphea.	.xxxvi.
Ecclesia sancti Martini in montibus.	.xxxvii.
Suburra ubi.	.xxxviii.
Ecclesia sancte Agathe in Suburra.	.xxxviiii.
De his que spectauerunt ad religionem in genere.	.xl.
Quid ara.	.xli.
Quid templum.	.xlii.
Iouis statoris templum.	.xliii.
Porta palatii ubi.	.xliiii.
Lacus Curtius ubi & quid.	.xlv.
De Iani templo.	.xlvi.
Numisma Iani.	.xlvii.
Latium ubi fuit a principio.	.xlviii.
Forum boarium.	.xlviiii.
Forum piscarium.	.L.
De uelabri nominis ratione.	.li.
De cluo capitolino.	.lii.
Argiletum quid.	.liii.
Ecclesia sancti Gregorii ad uestrum.	.liiiii.
Item de foro boario.	.lv.
Templum Vestæ.	.lvi.
Afilum ubi.	.lvii.
Pars rupis tarpeie nuper corruerit.	.lviii.
Templum aili quid.	.lviiii.
Caria uetus ad quid.	.lx.
De his que ad rem publicam spectauerunt in genere.	.lxi.
De rostris. Comitio. Grecofasi. Senaculo Simul.	.lxii.
Rostra quid & ubi.	.lxiii.
Grecofasi ubi.	.lxiiii.
Senaculum ubi.	.lxv.
Edes Concondie ubi.	.lxvi.
Comitium ubi fuit.	.lxvii.
Ad quid comitium institutum.	.lxviii.
Comitia etiam in campo martio solita haberi.	.lxviiii.

Locus proprius campi Martii pro comitiis.	.lxx.
De monte citatorum nunc acceptorum.	.lxxi.
Campus Martius quid.	.lxxii.
Vbi aqua uirginea.	.lxxiii.
De mausoleo Augusti nunc Augusta.	.lxxiiii.
De obeliscis campi martii duobus.	.lxxv.
De columna Coclide Antonini.	.lxxvi.
Italos ad comitia uenisse plurimos.	.lxxvii.
De insula quam in urbe facit tiberis.	.lxxviii.
Gelasius secundus papa ecclesiam sancti Bartholomei in insula.	.lxxviiii.
Pontem insule Valentinianus.	.lxxx.
Eugenius. iiii. pontem Valentiniani strauit lapide tiburtino.	.lxxxii.
De uerano ubi.	.lxxxiii.
Eruciana ad quid.	.lxxxiiii.
Prima cris tui nota Ianus bifrons.	.lxxxv.
Primi argenti signati nota bige & quadrige.	.lxxxvi.
Argentum romani non aurum in tributis imperauerunt.	.lxxxvii.
Iudiciorum loca.	.lxxxviii.
Castra Fauennatum. Missenatum. Peregrina. Simul.	.lxxxviiii.
Castra pretoriana ubi & ad quid.	.lxxxviiii.
Edes castrorum quid.	.lxxxix.
De portu romano.	.lxxxxi.
De pontibus in genere.	.lxxxxi.
De arcibus in genere.	.lxxxxi.
De aqueductibus in genere.	.lxxxxi.
Aqua martia.	.lxxxv.
Aqua uirginea.	.lxxxvi.
Aqua Claudia.	.lxxxvii.
De causis ruine aqueductorum.	.lxxxviii.
Gothos non diruisse aqueductus.	.lxxxviii.
De aquilogo inuenendis aquis deputato.	.C.
Vetustatem non fuisse omnino causam ruine aqueductorum.	.Ci.
De locis spectaculorum in genere.	.Cii.
Theatri origo.	.Ciii.
Quid fuit scena.	.Ciiii.
Quid orchestra.	.Cv.



De theatro temporario.	Cvi.
Theatra duo uersatilia	Cvii.
De theatro Pompei.	Cviii.
Atrium Pompei.	Cviii.
Theatri & scene locus	Cx.
Ecclesia sancti Laurentii in damaso	Cxi.
Atrium Pompei ubi sacrum nunc dicitur.	Cxii.
Theatri usus qui fuerit.	Cxiii.
De spectaculorum origine.	Cxiiii.
De Isterionibus	Cxv.
De rossio amerino.	Cxvi.
De esopo.	Cxvii.
Scene usus quis fuit	Cxviii.
Pantheonimi ad quid.	Cxviii.
Tragedie recitatio.	Cxx.
Comedie recitatio.	Cxxi.
Pantheonimi in scena usus	Cxxii.
Mimi quid.	Cxxiii.
Scene edificii magna mutatio	Cxxiii.

.INDICVM FINIS.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ROMÆ INSTAVRA  
TE LIBER. II. INCIPIT.

HERMAS IN VRBE DVODECIM  
fuisse compertum habemus. Agrippinas. Nero/  
manas. Titi Vespasiani. Domitianas. Antonia/  
nas. Alexandrinas. Gordianas. Seuerianas. Di/  
oclitianas. Aurelianas. Constantinianas. & No/  
uananas. Quarum loca pro posse indicabimus cum  
aliqua prius de earum institutionis ratione fuerit  
explicita. Primum therme uerbum a greco quod calidum significat  
tractum habent. Vnde thermas proprie a latinis appellatas uide mus  
loca: que aut calentibus aquis: aut ipso sine aquis fonte: igni calc/  
facto lauandi sudandiq; usibus deputata sunt. Romanis autem siue ad/  
huc sancta in morum seueritate illa quam reipublice tempora habue/  
runt siue sub principum fastu frequentem aut prope quotidianum fuisse  
lauandi usum: omnibus qui illorum gesta perlegerint est notissimum.  
Hinc etsi unusquisq; uel mediocriter diues ciuis: priuatim habuit:  
multa tamen balnea publice sunt instituta in quibus plebs a libitum la/  
uaret. Extat Marci Ciceronis epistola per quam Terentiam uxorem  
monet ut curet labrum in balneo esse. Extat etiam alie eiusdem ad Qui/  
tum Fratrem asie proconsulem: quibus illum facit certiore de balneis  
que in arpinate extrui curabat. Primus uero omnium siante reipublica  
Sergius Orata: sicut Valerius Maximus libro sexto scribit Balnea pē/  
silia facere instituit. Re postmodum ad principum luxuriam perducta nihil  
magis populare factitarunt q̄ cum promiscue cum uulgo lauabant.  
Hinc est illud Helii Spartiani de Hadriano publice. & frequenter cum  
omnibus lauit: ex quo ille locus balnearis innotuit. Nam cum uetera/  
num quendam notu sibi in multitudine dorsum & ceteras partes corporis uir/  
disset atterere: percontatus cur se marmoribus distrigendum daret:  
ubi aditit idcirco fieri q̄ seruum non haberet: & seruis eum denauit  
& sumptibus. Verum cum alio die complures senes adproueccandam  
liberalitatem principis parati se attererent: conuocari eos iussit: & alium  
ab alio inuicem defricari. & Iulius Capitolinus scribit Marcum Aure/  
lium Antonium philosophum modestie consulentem tria principaliter  
torrexisse: q̄ matronarum mores defluentes composuit in ciuitatibus



federi in equis aut uehicularum prohibuit: & lauacra mixta submovit. Commodum autem Imperatorum scribit ipse Capitolinus septies in die lauasse & ibi comedisse: eiusque successorem in imperio pertinacem cum in multis esset modestissimus tamen in balneis publice die natalis urbis cum commodianis ministris lauasse. Idemque Capitolinus Gordianum iuniorum ita lauandi cupidum fuisse dicit: ut quater aut quinque lauaret estate. hieme secundo. Pariterque dicit. Galienum iuniorum lauasse septies in die estate: hieme bis uel tertio. addit infra. Cum iret ad hortos sui nominis omnia cum officia sequebatur. Ibat prefecti & magistri officiorum omnes adhibebaturque conuiuiis & natationibus lauabant simul cum principe. Admittebatur sepe etiam mulieres pulchre & puellae & cum his anus deformes: idque cum faceret: se iocari dicebat. Principum ergo luxuria eo perducta: ut nulla in re modestiam sobrietatemque seruarent thermarum illi & balnearum sicut prius hortorum multi ciues fecerant: modum mensuramque excesserunt. Itaque thermarum nomine: in sana sunt extructa a multis edificia de quibus dicit Ammianus Marcellinus libro sextodecimo: Lauacra in modum prouinciarum extructa. Erant uero ipsis in thermis ad lauandi usum balnea & nedum plano in solo unicuique exposita: sed etiam penilia. quod facile adhuc poterit intelligere qui fuliginosos fornicum canales a quibus emissa defluebat aqua in diocletianis thermis inspexerit: principibus ut credo indignum existimantibus luxui imperatorio: si quod ausus est Sergius Orata ciuis: ipsi ad luxuriam obmississent. Erant etiam in thermis aere amplissime porticibus circumdate sumptuosissimis camerataque superbissimis fornicibus edificia in circuitu habentes: in quibus columnarum diuersi coloris marmorum ordines immensarum fuisse hinc constat: quod etiam nunc nonnullae tacentes columnae: partim integre partim comminute eo in loco cernuntur nonnullas alias in basilicarum edificia scimus fuisse translatas. Erant etiam memora erant natatoria populi ludis delitiisque exposita. Licet uero extructionum insaniam a luxu sicut diximus profectam sciamus: ipsa tamen nonnullos principes bene & utiliter usus fuisse uidemus: quod dum populus romanus in eas conueniens edes lauat & ludit cum ludentes spectat & inter hieme frigora estate caumata mitigat quietiorem ubique ciuitatis statu reddit qua ratione circos theatra & amphitheatra a principio instituta suo ostendemus in loco. Quantum autem attinet ad thermas Helius Spartianus in Alexandri Seueri principis prestantissimi

uita: multa dicit ex quibus quanta thermarum amplitudo: & quem in usu a principio fuerint institute melius est quam alibi intelligere: que Spartianus uerba pluribus inspersa locis libet inserere. Alexander balnea mixta romae exhiberi prohibuit: quod quidem prohibitum iam ante Helio Galus fieri permiserat. Bracteariorum. Vitreariorum. Pellionum. claustrariorum. argentariorum. aurificum: ceterarumque artium uestigal pulcherrimum instituit: ex eoque iussit thermas quas ipse fundauerat & superiores populi usibus exhiberi. Siluas in thermis publicas deputauit: addiditque oleum lumibus thermarum cum antea non ante auroram paterent: & clauderentur ante solis occasum. Et infra. Opera ueterum principum instaurauit: ipse noua construxit. In his thermas nominis sui iuxta eas que Neromane fuerunt. Nemus thermis suis & de priuatis edibus quas emerat. dirutis edificatis fecit. Antonini caracalli Thermas additis natatoriis perfecit & ornauit. Alexandrinum opus de duobus marmoribus hoc est porphyritico & lacedemonico primus instituit. etiam pallatio exornato. & alibi. Thermis & suis & ueterum: frequenter cum populo usus est: estate maxime balneari ueste ad placitum reuertens. Prepostero itaque ordine sicut in Diocletiani thermis incepimus in istis continuantes. Alexandrinas eas fuisse thermas tenemus. quarum in gentes ruine ab ecclesia sancti Eustachii & edibus Iohannis Barocelli iure consulti: & a campo sancte Marie rotunde: hinc ad enobarborum siue ut uulgus appellat longobardorum plateam: & circum flamineum nunc agonem: inde ad binas pene turres Iohannis Moroni prothonotarii reatini: uariis in locis uidemus attolli. quae autem alexandrinae hae fuerint & non alie colligimus ex descriptione Sexti Ruffi none regionis circi Flaminei in qua pantheonem & binas thermas: agrippinas & alexandrinas ponit. Coacti itaque binarum huiusmodi thermarum ratione prepostero item ordine. utraque indicabimus: Marcum Agrippam edificasse pantheonem: que nunc est sancta Maria rotunda: etsi prope uulgo notorium est: suo tamen loco ostendemus. Quando itaque ad pantheonem & circum flamineum binas fuisse thermas Agrippinas & Alexandrinas Sexti Ruffi descriptio urbis habet: uerisimile est Agrippinas fuisse quas nunc Pantheonem contiguas eregione Minerue conspicuas edes Portiorum & Cincii Rustici college nostri & Baptiste lenis atque etiam Georgii Cesarini prothonotarii uidemus esse complexas. Quibus quidem in agrippinianis thermis scribit Plinius libro trigesimo sexto: Marcum Agrippam co-



ditorem arcus & pauimenta ex utro posuisse: Itaque relinquuntur eas que  
pantheum & circum flamineum intercedant superiores apud sanctum  
Eustachium ostensas huiusmodi ingentium thermarum ruinas. fuisse si-  
cut diximus alexandrias. Antoniane therme Bassiani Antonini Ca-  
rachalle opus: quorum superiori loco ex Helio Spartiano facta est me-  
tio: nunc etiam sunt notissime. Suntque in regione olim piscina publica  
& ad uiam ardeatnam ubi hinc ad septentrionalem plagam ecclesia sac-  
te Prisce inde ad orientem solem sanctorum Nerei & archillei ecclesia  
atque sancti Sixti monasterium ipsas thermas eregione respiciunt. De  
his Spartianus in ipsius Antonini caracalle uita scribit. Opera rome  
reliquit thermas nominis sui eximias: quarum celsa solarem architecti  
negant posse ulla ratione fieri: nisi qua facta est nam ex ere uel cupro ca-  
celli suppositi esse dicuntur: quibus cameratio tota concedita est. &  
tantum est spatii: ut id ipsum potuisse fieri negent docti mechanici.  
Thermis iam quatuor ordine quod incidentia exegerunt peruerso in-  
dicatis: alias ostendere aggrediamur. Et primum de Neronianis id solum  
habemus quod supra Helius Spartianus dixit Alexandrum ubi neroni-  
ane fuerant edificasse. De Titii Vespasiani thermis quando describemus  
amphitheatrum nunc colosseum apud quod eas Suetonius scribit fu-  
isse quid habeamus compertum aperiemus. Certam uero & amplam  
Domitiani siue thermarum siue operum notitiam habemus. namque Pe-  
trus bibliothecarius: Siluestrum papam dicit edificasse ecclesiam que  
postea fuit sui nominis in thermis domitiani. Et Suetonius scribit Do-  
mitianum edificasse nauales pugnas pene iustarum classium effosso &  
circumstrato iuxta tibrim lacu: & inferius: Flauie templum gentis &  
methodium: & naumachiam ab eodem fuisse extructas. Nos uero qua-  
dratos lateres amplissimos ex ruinis que ecclesiam sancti Siluestri eiusque  
monialium nunc celebre monasterium sepiunt extructos uidimus: quorum  
pars litteras habet a figulo priusque cementum exsiccaretur impressas in  
hec uerba. Domitiana maior pars domitiana minor. Vnde coniecimus:  
quidquid siue therme siue naumachia fuit & Methodium Domitiani ope-  
ra teneri debere omnia que ad sanctum Siluestrum uideque nunc cernuntur: que eff-  
ossi circa uel prope tibrim lacus in quo prelium nauale & naumachiam  
ediderit uestigia extant certissima uineis tecta flamineam inter uiam &  
collem nunc pincianum ad ipsum sancti siluestri monasterium pertinentia:  
Nec dubitamus quin triumphalis ex marmore arcus ille qui nunc pene

integer cernitur triphali dictus. ecclesias inter sanctorum Siluestri &  
Laurentii in lucina: uiam amplexus flaminiam: Domitiani fuerit hono-  
ri positus: in quo ipsum cernere est qualis a Suetonio describitur sta-  
tura procerum: sed tunc sedentem dormientemque & Mineruam quam  
superstitiose colebat somniantem excedere sacrario: negantemque se ultra  
eum tueri posse: que exarmata esset a Ioue: Ut consequens etiam sit  
magnos fornices & amplissima fundamenta super quibus edificatum est  
nobile palatium quod Iohannes ex gallis Picardus cardinalis morinensis  
nunc habitat: Domitiani operum partem esse. Id palatium ad annum  
salutis tricentesimum supra millesimum a cardinali anglico in predictis  
Domitiani operum ruinis edificatum: Iohannes Cardinalis Rothoma-  
gensis anno nunc uigesimo multa impensa adauxit. Quod nuperrime Io-  
hannes alter cardinalis morinensis supradictus tanto amplificauit ornauit  
que impendio ut nullam preter pontificale palatium sancti Petri domum:  
urbis roma nunc habeat pulchriorem. De thermis seuerianis nihil aliud  
certi habemus que Seuerum Afrum imperatorem illam in trastiberina  
regione sicut Helius Spartianus scribit edificasse. De Gordianis uero  
thermis: Iulius Capitolinus pauca scribit sed ualde admiranda. Nam  
cum dixisset: domum Gordianorum tunc extasse in uia penetrima du-  
centas columnas uno stilo habentem addidit & thermas ibi fuisse quales  
preter urbem tunc nusquam orbis haberet terrarum. Cum itaque uia penetrima  
fuerit que ad portam exquilinam nunc sancti Laurentii ducit: & domum  
spetiosissimam & thermas gordianorum fuisse oportebit: ubi nunc post  
sanctum Eusebium multe & maxime cernuntur ruine. Scribit Flautus  
Vopiscus Siracusanus aurelianum principem thermas fecisse in transtibe-  
rina regione hiemales: que aque frigidi aeris illis deessent. Constanti-  
nianas thermas ab Apollodoro traditum legitimus fuisse in exquilis ubi  
nunc equi lapidei: Praxitelis & Phidie opera: cernuntur. Extant uero  
in porticu equis illis contigua statue quatuor marmoree pedestres: quarum  
basibus Constantini nomen inscriptum est. Sed apud nullum ueterum scrip-  
torum inuenimus constantini thermarum mentionem esse factam preterquam  
Ammianum Marcellinum qui libro uigesimo septimo cum multa dix-  
isset de Lampadio urbis prefecto hec ponit uerba. Hic prefectus est  
motibus urbis agitatus: uno omnium maximo: cum collecta plebs infima  
domum eius prope constantinianum lauacrum iniectis facibus incendere  
Thermarum quas ultimo loco nouatianas appellari diximus meminisse



Petrus late ranensis ecclesie bibliothecarius siue ille scriptor: **Beatus Hieronimus**: siue **Damasus** papa fuit: in uita **Pii** pape qui patria aquilei-  
ensis fuit a beato **Petro** decimus pontifex romanus. ipsum enim **Pium**  
pontificem scriptum est rogatu sancte **Praxedis** dedicasse ecclesiam:  
thermas nouati in uico **Patritii** in honorem sororis sue sancte **Pudē-**  
**riane**. Sed in gestis martirii beati **Laurentii** legimus monasterium mo-  
nialium sancti **Laurentii** in panisperna edificatum esse i thermis olim-  
piadis. Videmusq; unas atq; easdem ruinas que certe sunt maxime &  
insignes dictum monasterium sancti **Laurentii** & simul sancte **Puden-**  
**tiane** ecclesiam palatiumq; fuisse complexas: ut une potius q; due fuerit  
therme: q; intanta tamq; mirabili ruinaru confusione quam nūc habet  
urbis romana ubi duo aut plura: aut multa fuerint edificia: discerni nō  
potest. Sicq; aliarum ruinarum multitudo que in mote suburbano a mo-  
nasterio sancti **Laurentii** predicto hinc i uiam olim **patritii** dicta: qua  
itur ad sanctā **Mariam** maiorem: inde uergit in plana suburbano: si **Decu-**  
**imperatoris** sicut **Appollodorus** tradit palatia fuerunt: binas nouati &  
olimpii thermas: paruas fuisse relinquuntur. Sed iā de thermis satis su-  
praq; multa sunt dicta. Ad exquiliarum montem unde discessimus re-  
deundū est. **Trophea** **Gaii Martii** de **Ingurta** deq; **cimbris** atq; **theutonis**  
que nūc ecclesiam inter sancti **Eusebii** & sancti **Viti** in macello cer-  
nuntur & **cimbra** appellantur **Gaium Cesarem** instaurasse: cum a **Silla**  
fuisent disiecta: auctor est **Suetonius**: quorum uocabuli exposita ratio  
faciet ut multi ignorantes: quid ea fuerint intelligant: quosdam enim  
Ex iis qui peritiores esse creduntur tenere & affirmare uidemus illa  
marmora duo in quibus scuta toraces galee & alia cernuntur arma **Ma-**  
**riu** esse armati statuas uetustate cōminutas. Sed **Nonius Marcellus** hec  
habet uerba. **Trophei** significationem propriam **Varro** in **humarco**  
ostendit. fuga hostium grece uocatur **strophe** hinc spolia capta fixa sti-  
pitibus appellatur **trophea**. Alias habent exquilię uetustas spectadaq;  
in signis olim edificii ruinas: i quibus tamē cameratus fornix est pene  
integer: quo post **pantheū** nullus nūc in urbe uisitur excelsior. Eas uulgo  
**Galutii** thermas appellari uidemus. Fuitq; ea i signis basilica quā **Sue-**  
**tonius** scribit **Gaium Cesarem** **Gaiō** & **Lutio** nepotibus extruxisse.  
**Macellum** item quod **ludie** dictum est in exquiliis fuisse hinc constat q;  
ecclesia sancti **Viti** & **arcus** illi contiguus uiam complexus **prenestinam**  
in macello cognominatur. **Afferit** autem **M. Varro** eius uerbi hanc ex-

positionem. Hec omnia postq; contracta in unum locum que ad uictum  
pertinebant & edificatus locus **macellum** appellatus: ut quidam scribunt  
q; ibi fuerit hortus: alii q; ibi domus fuerit: cui cognomen fuerit **macel-**  
**lum** que ibi publice sit diruta. ex qua edificatiū hoc quod ab eo uocetur  
**macellum**: **Hic Helius Spartianus** dicit. **Heliogabalum** imperatorem  
luxu insipientem cum per **macellū** trāsiret. miseratum populi cōditionē  
q; scilicet eo in auditis incredibilibus q; de **baccante** conuiuif: que inte-  
grum continuabantur diē pars **romani** populi emēdis uēdendisq; parui  
pretii **holusculis** aut aliis minutis rebus adulādo blandiendoue: aut gar-  
riēdo: fallaciasq; struendo: in **macello** detineretur. Fuit uero **arcus** ille:  
ut littere adhuc extantes idicant positus **Honori Galieni** imperatoris  
Post **exquilias** reliquū est ut **uiminalis** collis edificia que habuerit dica-  
mus: nihilq; aliud certum habemus q; tres illum collem omnium totius  
urbis spetiosissimas domos sicut **Plinius** libro decimo septimo scribit  
habuisse: **Marci Crassi** oratoris unam: aliamq; prestantiorem **Quinti**  
**Catuli** illius qui cū **Gaio Mario** **cimbro** fudit: ac postea **capitolii** tegu-  
las in aurauit ipsumq; **capitolium** spoliis **cymbricis** adornauit: **Tertiam**  
multum pulcherrimam **Gaii Aquili** equitis **romani**: quem clarissimū  
fecit **uris ciuilibus** scientia. Isq; fuit **Quem Marcus Cicero** i **offitiis** dicit  
legem de **dolo malo** tulisse: cuius ad legem **aquiliam** extantium adhuc  
legum particula est notissima. Earum uero insignium domorum for-  
nices quidam fundamentorum **subterranei**: uinetis contecti nunc ad **fac-**  
**tam susannam** cernuntur: sed nec ipsarum nec aliorū edificiorum multe  
i ipsis uinetis eminentes supersunt reliquie. **Salustiani** autem horti: quo-  
rum ingentium ut in tota urbe ruinarum uulgo nomen est notum: in  
**uiminali** ne: an **quirinali** colle: an in utroq; fuerint: non satis iudicare  
possumus. **Magne** autem & **obstupēde** sunt ipsorum hortorum quas ad  
huc extare uidemus **murorum** **fornicumq;** reliquie: que a **uiminali** oli  
nunc **sanctę Agnetis** porta in **collinam** nunc **salariam** ad **sanctā susannā**  
**propemodum** extenduntur. In **quirinali** colle quid olim fuerit: sitq; ad  
**presens** diximus: cum porte colline certitudinem loci ostendere conati  
fuimus. Et preter ea **Liuius** in bello **macedonico** dicit edem fortune  
**primogene** fuisse in colle **quirinali**: quā primo **punico** bello uotā **Gne-**  
**us Domitius** pre tor **urbanus** dedicauit. **Urbis rome** motibus thermisq;  
simul quod potuimus indicatis: **Carinas** **Suburrā**q; ac **tabernolas** **sa-**  
**cramq;** uiam simul ostendere cogemur: q; quatuor ea celeberrima **urbis**





loca. Martius Varro etiā simul describit. Nā cum libro quinto de lingua latina de partibus urbis multa diceret que nō minus tunc uetustate ob- soluerāt q̄ nobis nūc pene perierint: ea que ipsius Varronis etate noua & integra erant aliqua scribit: ex quibus elicitur ea loca que sunt plana exquilias inter & montem celium ubi nūc monasterium est monialium sancti Andree qua scilicet Lauicanam uiam interfecat cliuus a Marii tropheis ad lateranense palatium ducens fuisse tabernolam urbis regio- nem sic appellatam que pars tota uineis cannetisq̄ plena proximū satis prisco merulane nomen habet: a quo tabernole loco uult Varro incipere carinas: quarum longitudinis pars postrema sit ad quam uie sacre caput incipiebat. Quam quidem uiam inde dicit sacram appellatam fuisse q̄ per eam ab arce ad augures sacra quot mēlibus ferebatur: & addit sacre uie partem solam tunc fuisse uulgo notam que est a foro eunti primo cliuo. Hinc proprie uidemus posuisse Petrum lateranensem bibliote- carium: cū in uita Felicis quarti pontificis romani scribit illum ecclesiā sanctorum Cosme & Damiani fecisse uia sacra in templo Romuli uel urbis Rome. Is enim primus est cliuus qui a foro romano ad proximam sanctorum Cosme & Damiani porticum: & inde ad sanctam Mariam nouam per Titi Vespasiani arcum: ducebat ad curiam ueterem: in qua augures sedem habentes inaugurari consueuerant. Ea nāq̄ in carinarū parte ubi nunc apud ecclesiam sancti Petri ad uincula fornices maximos intra ruinarum uastitatem: Contra amphiteatrum nūc coloxeum extare uidemus curia uetus fuit atq̄ etiam hoc tempore in tabellionum monu- mentis & ab incolis appellatur: ut Sacram uiam fuisse constet: que a curia ueteri proficiscentes secus amphiteatrum ad septentrionalē plagam subtus predictos Titi Vespasiani arcus ad sanctum usq̄ Hadrianum & ad arcem capitolii proximam perducebat. Incarinis autem preter curie ueteris ruinas & ecclesiam sancti Petri ad uincula nunc & celebrem & spetiosā: sūt sancti Martini in montibus & sancte Lucie etiam insignes ecclesie: Quarum que est ad uincula sancti Petri: inde traxit originē sicut Beda prespiter scribit: q̄ Eudoxia que Archadii superioris uxor fuerat: cum apud Hierosolimam cathenas repperisset: quibus apostu- lorum princeps Petrus in carcere uinctus ab Herode seruatus fuerat: eas romam detulit: & cum egre ferret gentilitatis ritum celebrande diei kalendarum sextilium in memoriam uictorie ab Augusto de Cle- opatra habite a romano pontifice romanoq̄ senatu & populo: obtinuit

ut dies kalendarum sextilis mensis: qui tamen Augustus per annos q̄- dringentos fuerat appellatus in memoriam liberationis beati Petri: ce- lebraretur: & ubi dies ipsa ludis per theatra fora & compita: cū dapiū euisceratione exhibitis: coronatum populum letificabat indulta a sumo pontifice per dominici corporis & sanguinis communicationem peccato- rum omnium remissio: penitentium & cinere aspersorum animas ea in ecclesia: ad id edificata spūtualibus epulis saginaret. Ecclesiā uero sac- te Lucie Honorius primus papa extruxit & Leo quartus ruentem in- staurauit. Sergius autem primus: quē ferūt: q̄ os porci uocatus fuerit & ea ratione mutasse nomen & causam fuisse: q̄ omnes postea roma- ni pōtifices mutarent: ecclesiam sancti Martini edificauit & multis mar- tirum reliquiis ibi conditis celebrem reddidit. Carinis q̄ fuerint ostēsis suburram cognoscere inprōptu est. quod Varro Suburram inde dictā affirmat q̄ sub muro terre carinarum fuerit. Hinc manifestū erit uia nunc satis habitatoribus frequentem: que a sancta Lucia usq̄ ad sanctū Hadrianum protenditur in cuius medio turris est quam uulgo suburra appellant: fuisse potissimam suburbre partem cuius appendices fuerint: quas exquiliarū duobus montibus diximus interpositas: est p̄ certissimū nostre assertionis testimonium in uita beati Gregorii pape in qua Pe- trus bibliothecarius Lateranensis dicit ipsum pontificem ordinasse ec- clesiam gothorum que est in suburra in nomine uirginis Agathe. Eam namq̄ ecclesiam uidemus esse in tumulo qui a prima exquiliarum parte post corneliorum domos in plana suburbre uergit. Ipsius etiam dedicati- onis ecclesie meminit idem sanctus Gregorius in dialogo dicens q̄ cum eam que a Regibus ostrogothorum arriana labe diu fuerat inquinata conciliaturus missam celebraret: exiuit altare in porci formam de mo- nium frequentiq̄ inspectante populo qui ad diuina conuenerat p̄fugū nusquā comparuit. Partibus urbis que facilius promptiusq̄ certis ter- minis & finibus designari ostendiq̄ potuerunt descriptis: aliam ostēdedi reliqua cogimur aggredi rationem. Nam intanta rerum uetustate & infinitarum tante urbis partium innumerabiliumq̄ edificiorum a nullo dum etiam integra fuerint: quod quidem legerimus de scriptorū mul- titudine: certū ordinem seruare nec posse speramus: neq̄ etiā ducimus itentandum. Itaq̄ ut singula sparsim quodam tamen ordine cōprehēsa possimus explicare: quadripartita distributione quicquid est reliquum cōplectemur. Vt primo loco sint que ad religionem ceremoniasq̄. Se-



cundo que ad rei publice administrationem. Tertio que ad spectacula & ludos pertinuerunt. Quanto minutiora quedam partim superiorum declarationi / partim implende intentioni nostre plurimum faciētia. Quibus de partibus nō tamen alter dicere est animus q̄ ut singulos actus tātis per describamus quoad loci i quo gereretur id munus inditiū fuerit necessarium. Et quidem quantum attinet ad religionem: primum arā in auentino ab Euandro positam & ab Hercule dicatam. Liuius in principio est auctor. Arc autem uocabuli uim ita exponit Marcus Varro ubi frumenta secta ut terantur / aree / propter horū similitudinem / iu urbe loca pura aree / a quo potest etiam ara deum q̄ pura: nisi potius ab ardore, ad quem ut sic fit. Primum item templum fuisse dicimus a Romulo edificatum, ubi are celi fratrum minorum ecclesiam nūc uideamus Marcus Varro cum de uocabulo templi multa differuisset: concludit: templum a contemplando dictum: Alterius templi Ioui Statori a Romulo uoti bello sabinorum in quod opima ferebantur spolia, descriptio loci multa habet cognitu digna. Primo locū nō dubitamus esse in collis palatini radicibus ad occidentalem plagam, & propemodum eregione capitolii nūc habitati ubi spondas marorū stare uideamus altissimas / cui loco subiectas proximāsq; esse diximus arcuū ueterū a Romulo positōrū ruinas. Fuisse autē illi templo propinquam palatii portam / ex qua in forum romanum, etiam propinquum iretur. Liuius item primo dicit. In quo Liuii loco ostenditur: lacum curtium ubi primum ex profunda emerfus palude eques curtius inuado stetit, ad auersam fori portam / fuisse ubi nūc turris est, que uulgo pallara appellatur. Et quidem locus depressus, qui lacum ipsum, & Faustine templum / in quo sancti Laurentii in miranda est ecclesia: atq; imperatoris Nerue monumenta / ubi nūc archa Noe dicitur / interiacet: palus nūc appellatur. Sed de lacu curtio plura q̄ Liuius. M. Varro habet cuius sunt hec uerba. In foro lacum curtium a Curtio dictum constat: & de eo triplex historia / nam Procius non idem prodit quod Piso: nec quod is Cornelius: a Proclio relatū in eo loco hiasse terram & id ex senatus consulto ad auruspices relatum esse / responsum deum mamo pestilionem postulare: id est ciuem fortissimum eodem mitti. Tum quendam Curtium uirū fortē armatum ascendisse in equum: & a concordia uersū cum equo in eo precipitatum eo facto locum cohibisse / atq; eius corpus diuinitus humasse ac reliquisse genti sue monumentum: Piso in annalibus scribit: sabino

bello quod fuit Romulo & Tatio: uirum fortissimum Metium Curtium Sabinum eum Romulus cum suis ex superiore parte impressionem fecisset Curtius in locum palustrem qui tum fuit in foro / anteq; cloace sunt facte / secessisse / atq; ad suos se in capitolium recepisse: ab eo locū inuenisse nomē. Huicq; oppinioni Liuius in septimo libro assentiri uidetur. Cornelius & Lutacius scribunt eum locum esse fulguritium: & ex senatus consulto septum esse: id quia factum est a Curtio consule: cui M. Megentius uir collega / Curtium appellatum. Numam Pōpiliū regno potitum dicit Liuius in primo cum urbem Romam ui & armis conditam / iure lege ac moribus condere parasset. Ianum ad infirmū argiletum indicē pacis belliq; fecisse: ut apertus / in armis esse ciuitatem: clausus / pacatos circa omnes populos significaret. Id nūc est templum quod candido marmore extructum patentibus quadrifariam portis / ad sanctum Georgium in uello aureo extat penē integrum cuius alio loco diximus Liuium raemini. e. cum Fabios dextro iano profectos dicit. Ut autem id templum certiori testimonio idicemus / libet ponere uersus Ouidii de fastis i quibus templi locus causaq; edificandi / demonstratur: erūtq; simul rationes addite Latii & Saturnie uocabulorum / atq; etiam numismatis Iani cui / cuius sculpture unum proximis diebus nacti in urbe sumus. Ouidius itaq; Ianū loqui faciens sic incipit Noscere me duplici posses sub imagine dixit Ni uetus ipsa dies extenuasset opus. Erat namq; pictus bifrons / qua ratione dicit Satiricus Iane pater diuum. / quē nulla ciconia pinxit Ad alteram nummi partem causa erat forma nauis que Saturnum i italiam perduxit: unde hec regio de qua agimus primo & specificē latium appellata est. Versus Ouidii. Causa raris superest: tuscum rate uenit adamnem. Ante pererrato falcifer orbe deus: Hac ego Saturnū memini tellure receptū: Celtibus regnis a Ioue pulsus erat: Inde diu genti mansit saturnia nomen. Dicta quoq; est latium terra latēte deo. Quam bene posteritas puppim signauit in ere: Hospitis aduentum / testificata dei. Ipse solam coluit / cuius placidissima leuum: Radit harenosi tybridis unda latus: Hic ubi nūc Roma est / incedua silua uirebat: Tantaq; res paucis pascua bobus erat: Et cum Ouidius laniculi rationem reddidisset / quam superiori loco posuimus, uenit ad nostrum de quo agimus Ianum: Cum tot sint Iani curstas sacratas in uno / Hic ubi uincta foris, templa duobus habes. Duo autem fuisse fora bearium, & piscarum inter que id templum



altera patrē. Afferet: iliacos excipe uesta deos. In libro autē tertio cō-  
ceptū Romuli de Marte & Siluia Vestali ostēdere uolēs. Veste tēplū  
tiberi propinquū fuisse indicat. his uersibus. Siluia uestalis quid enim  
uetat inde moueri. Sacra: lauaturas amne petebat aquas. Vētum erat  
ad molli decliuē tramite ripā. Ponitur esumma fictilis urna coma. Fessa  
refedit humi: uētosq; accepit aperto Pectore. turbatas restituitq; com  
as. Dū sedet ubrose salices uolucresq; canore. Fecerūt sōnos & lene mur  
mur aque. Quod autē tiberi & monumētis numme propinquū fuerit  
templū Veste ostēdit etiam Oratius in odis his carminibus. Vidimus  
flauū tiberi retortis Littore etrusco uolēter undis. Ire disiectū mo-  
numēta Regis Tēplaq; Veste Ilie dū se nimīū querenti. Iactat ulctore  
uagus & sinistra, Labitur ripa. Ioue non probante. Vxorius amnis. Li-  
uius etiam in primo dicit, Numam Pompiliū posuisse sacerdotium  
Veste, alba auectum & uirgines instituisse: sed locum non indicat. Sed  
quando supra ex Varrone uidimus forū piscarium fuisse inter Iani tē-  
plum & tiberim. intelligere possumus ex Liuo in sexto de bello punico  
secundo. Templum Veste apud tiberim & ad dictum forum fuisse.  
Nam cum Liuius incendium describeret, quo taberne argentarie arx  
erunt: subiunxit. Comprehēsa postea priuata edificia: neq; enī tunc ba-  
silice erant. comprehēse latumie. forumq; piscarium. & atrium regiū  
edes uix Veste defensa est. Quando itaq; in nummis enes argenteisq;  
mammee genitricis Alexandri imperatoris, & Luie genitricis Aurelii  
Antonini edem Veste sculptam uidimus rotundam columnis i circuitu  
altare munientibus: non dubitamus eam fuisse, que nunc ad tiberim  
contra Iani templum propemodum integra extat. Asilum autem quid  
fuerit ostendit Liuius in primo per hec uerba. Locum qui nunc septus  
denis sentibus inter duos lucos est. asilum appellat, eo ex finitimis po-  
pulis turba omnis sine discrimine. liber an seruus esset. auida nouarū  
rerum. perfugit. idq; primū ad ceptam multitudinem roboris fuit  
Ouidius autem in secundo fastorum, ostendit illud fuisse iuxta tiberim  
capitolium inter, & Nume penetralia: que carmentis templum fue-  
runt. ad auentini radices ubi carmentalem portam fuisse docuimus.  
Tum quoq; uicini lucus celebratur asili. Qua petit equoreas aduena  
tibris aquas. Ad penetrale numen capitolinumq; tonantem. Aduenam  
autem dici tiberim & sacris exclusum patriis: quando extra pomerium  
labitur. Macrobius ex massario innuit. & partem urbis ianiculum ap-

pellatam qua tibris ad eum conclusus est locum: ante primi auentini  
radices finiri uidemus. Ouidius item in tertio clare ostendit asilum fu-  
isse sub saxo rupis tarpete, cuius pars maxima domus aple magnitudinē  
equiperanda proximis diebus collapsa est & quinque mortales in hospi-  
tatoria taberna oppressit. sicut Liuius in bello macedonico alias simile sax-  
um: & proximo eidem loco uico iugario fecisse scribit. Ouidius enim cū  
de ancilibus multa dixisset. Hos ponit uersus. Romulus ut saxo lucum  
circumdedit alto. Quilibet huc inquit confuge tutus eris: Asilum  
ergo dicimus omnia occupasse loca: que nunc a collapso tarpeie saxo: ad  
pontem sancte Marie: & hinc Veste: inde Iani templo in auentini radi-  
ces a prostitutis mulieribus nunc maiori parte habitata uidemus ut  
mulieribus impudicis, a parentibus iurisq; profugis alterum nunc asilū  
uideatur institutum. Nec absurde uidemur opinari uetustum illud tē-  
plum, quod saxo ingenti quadrato extructum sancte Marie egiptiace  
dedicatum, ad aream pontis sancte Marie est: asili templum fuisse. Sed  
templa describere omnia fuerit operosissimum: nec nūc quidem expe-  
dit cum aliis in sigulorum locorū descriptionibus sepenumero sit occa-  
sio affutura. Aliud religio celeberrimum in urbe habuit edificium.  
curias ueteres: quarum supra locum in carinis, contra amphiteatrum  
ostendimus. Varro sic de eis habet: Curie duorum, generum ubi cu-  
rant sacerdotes res diuinas: ut curie ueteres: & ubi senatus. huma-  
nas: ut curia hostilia. Et alio loco idem Varro. curare a cura dictū &  
cura q; cor urit. Curie ubi senatus rem publicam curat. & illa ubi cura  
sacrorum publica. De his que ad rem publicam spectauerunt dicturi  
illud protestamur nos politica scribere non instituisse: sed locorum de-  
scriptionem, in quibus reipublice cura, uel aliqua ex parte a maioribus  
gerebatur. Primus autem locus uidetur fuisse asilum in quo Liuius in  
primo. Romulum dicit centum creasse senatores: siue quia is nume-  
rus satis erat: siue quia soli centum erant: qui creari patres possent;  
patres certe ab honore. patritiq; progenies eorum appellati. Locum  
autem primum qui dictis centum patribus. consultandi, proprius fu-  
erit assignatus. ostendit Varro multis aliis implicitum locis, que oīa  
simul duximus indicanda. Varro namq; cum dixisset Tullum hostiliū  
Regem curiam Hostiliam edificasse. sic sequitur. Ante hanc rostra  
sub dextra huius comitio locus substructus. Vbi nationum subsisterēt  
legati qui ad senatum essent missi: Hic greco-stasis aperte ut multa



Senaculum supra grecoctasim ubi edes concordie & basilica opima. Senaculum uocatum ubi senatus aut ubi seniores consisterent. Quatuor hec. Rostra. Comitium. Grecoctasis. & Senaculum que in reipublice administratione maximo semper usi fuerunt indicantur, ordine Varronis sequemur. Rostra quid fuerint Lilius in libro octauo ostendit. Naues antiatum in naualia subducte: partim incense, rostrisque earum suggestum in foro extructum, adornari placuit. Rostraque id templum appellatum. Qui ergo descriptum supra a nobis forum romanum cognoscit & Varronis uerba considerat, facile intelliget, rostra templum ad radices palatii fuisse. qua is mos eregione opponitur, etatis nostre capitolii: & ubi nunc est parua sancte Marie de inferno ecclesia. Quod autem dicit rostra fuisse ante curiam hostiliam sic accipimus: ut partem curia hostilia a celo monte in quo eam fuisse certissimum est: pro sua magnitudine rostra uersus: partim rostra a palatino monte in illam protenderetur. Grecoctasis autem substructus ad dextram rostrorum a Comitio proculdubio fuit in montis palatini angulo, qui contra Antonini & Faustine uxoris monumenta, extante titulo notissima, in quibus Sancti Laurentii in miranda ecclesia est edificata. insurgit: uideis quantum ruine non impediunt contactus. Senaculi autem locus supra grecoctasim extructus: ubi fuerit: ultra dicere non expedit cum utriusque edifitii ruinas in uineis coniunctas, confusasque cernamus. Eadem Concordie ex predictis fuisse apparebit eodem in palatino colle: contra templum Romuli: siue sanctorum Cosme & Damiani, in illo extructa ecclesiam: sicque melius intelligetur. quod ex Varrone de lacu curio diximus: ubi armatum equo inidentem Curtium, ut rapidiori cursu inhiatum se precipitaret a concordia mouisse dicit, scilicet a loco ubi postea fuit Concordie templum, quod Liua Germanici mater edificauit. Id Ouidius in fastorum primo ostendit. Hanc tua constituit genitrix: & rebus & ara. Temploque fecisti que colis ipsa dee. Etiam eadem a Tiberio imperatore dicatam fuisse Suetonius scribit. Comitium fuisse in foro Romano, inter turrum que palara appellatur, & lacus Curtii locum, collisque palatini que foro imminere uidemus radices, & Faustine monumenta siue sancti Laurentii in miranda ecclesia: facile intelligi poterit ex superius dictis. De quo: quid fuerit, priusquam dicamus: doloris impetu nos trahente: nostris & seculorum futurorum hominibus notum fore uolumus, porcos nunc ex publico etatis rostre

instituto ibi, & nullo alio in loco, quod uiderimus uenundari. Is locus cum multis seculis nullum habuisset tectum, eo anno primum: ex quo Hamibal in italiam uenisset sicut Lilius in septimo de secundo bello punico scribit, tectus fuit: eundemque a Gato Cesare instauratum fuisse Suetonius est auctor. Comitii uocabulum, sicut Aulus Gellius in notis actibus ostendit: & loco & tempore: & actu commune fuit. De loco quidem quando satis dictum est de actu plura dicamus. Duobus in locis supradicto scilicet & campomartio omnes deligebantur: siue dictatores, siue consules & pretores, siue alii magistratus. Fuitque triplex deligendi modus de quibus in Auli Gelli sexto decimo sic habetur: In Iulii Felicis libro scriptum est cum ex generibus omnium suffragium feratur, comitia curiata esse: cum excensu & etate, centuriata. cum ex regionibus & locis tributa. Hinc uidemus in Liuii ab urbe condita secundo ea in contentione quam patres cum plebe per annum habuerunt: nec effugere potuerunt quin Volero ex plebe tribunus efficeretur rogationem illum tulisse ad populum, ut plebei magistratus tributis comitiis fierent per illum enim tributorum comitiorum modum conuenientibus ex regionibus & locis, ad suffragia omnibus cuiuscumque etatis & conditionis plebis multitudo suffragiis preualebat ubi in comitiis centuriatis que ad eam diem fuerant, patres per clietes etiam plebeios, que uellent creari faciliter imperabant. Itaque preter senatus consulendi grauitatem nihil a romanis factitatum uidemus, quod comitiorum habendorum institutioni equiparandum ducamus. Comitiamque, uerus & solidissimus reipublice, & libertatis neruus, eam uim habuerunt ut tantum libertas intertrimenti fecerit, quantum sensim comitiis est detractum. Gaius Cesar erario ex pilato, & dictatura per factiosos in perpetuum assumpta comitia in totum auferre non ausus, ea cum populo sicut Suetonius scribit partitus est: ut exceptis consulatus competitoribus decetero numero candidatorum, pro parte media quos populus uellet pronuntiare: pro parte altera quos ipse dedisset. Hinc dicimus quod pridem a nobis multi desiderauerunt consueuisse: qui magistratus petere instituisent: potestatem petendi a senatu & populo sibi impetrare: & cum comitiorum dies aduenisset eos ut conspicui essent prodire singulosque pensando orare ut sue dignitatis haberent rationem. Quod autem in campo martio haberentur etiam comitia: & qualiter tribus ad suffragia citarentur innuit in uita: Cesaris Suetonius, ubi de coniuratorum



a quibus Cesar fuit interfectus. consilium, differens dicit. Qui primū cunctati utrumne in campomartio, per comitia tribus ad suffragia uocantē, partibus diuisis pōte deicerēt. Pōns uero quis & ubi fuerit quo Cesarem conurati deicere cogitauerant: tantū abest: ut exat aut sciat q̄ campomartii de quo infra diffuse dicemus, comitorum locus ignoratur. Sed quando res postulat: dicimus. Eo in loco ubi nūc colūna Coclis extat: quam Antoninum Pium Aurelium posuisse constat. Cā p̄martu proprium fuisse locum in quo suffragia deligēdis magistratibus ferebantur, & tumulum qui post eam columnam occidentalem plagam uersus, corrupte nunc acceptorium dicitur. cum fuerit montis citatorum. eorum scilicet, qui postq̄ citati suffragia tulerant, ne latu- ris se immiscerent. & cui fauissēt dicere possent: per dictū trāseuntes pontem: separabantur. De Augusto autem scribit Suetonius in hec uerba. Comitiorum quoq̄ ius pristinum reduxit: & multiplici pena coercito ambitu: Fabianis & scaptensibus tribubus suis. die comitorum: ne quid a quoq̄ candidato desiderarent. singula milia numinum asse diuidebat. & infra. Quotiens magistratuū comitis interfussit tribus cum candidatis suis circuibat, Supplicabatq̄ more solemnī. fe- rebat & ipse suffragium ī tribubus, ut unus e populo. Cāpus martius ne ultra promissum moremur: sic a Luito describitur ī secundo. Ager tarquiniorum, qui inter urbem & tiberim, fuit consecratus Marti Martius inde campus fuit. Ea Luiti uerba considerantes, uidemus: quicquid capitolium & tiberim interfluit. fuisse campum martium, nā urbi prima ad capitolium fimebatur. Hoc idem ostendit Ouidius Iu- turne edē describens. quam uult fuisse ea in parte qua cāpus martius uirginea ambitur aqua. his uerbis. Te quoq̄ lux eadē Turni soror eae recepit. Hic ubi uirginea campus obitur aqua. Iuturnam enim fuisse Turni sororem: que lacui in quo submersa obiit. id dedit nomen satis constat. Fuitq̄ is lacus, ubi prope aquam uirgineam nunc pro Iu- turna corrupte dicitur lotreglio. Virgineā autē aquam: per quirinalis collis caernas, campum olim martium illabi certum est: cum nulla alia aqua urbem romam nunc illabatur: in cuius forma titulus marmore excisus hec habet uerba Tiberius Claudius Drusi filius Cesar Augus- tus dictus aque uirginis destinatos per Cesarē: a fundamentis nouos refecit ac restituit. q̄ Suetonius aque Virginis in urbem perducte M. Agrippe laudem attribuit. quem secutus est Iulius Frontinus de

aqueductibus tractans his uerbis Idem Agrippa cum iam tertium consul fuisset. G. Sentio: P. Lucretio consulibus post annum tertium decimum: quam Iuliam deduxerat: aquam uirginem ī agro Lucullano collectam: romam perduxit: dies quo primum in urbem responderit. Idus iunias inuenitur: Virgo appellata. q̄ querentibus aquā militibus puella uirguncula: uenas quasdam monstrauit: quas secuti qui foderūt ingentē aque modum inuenerunt. Habuit uero cāpus martius multa quorum minimas nunc ac prope nullas extare reliquias: miraculum est. Nam ea in parte, quam quia depressior erat: uallem martiam appel- larunt: ubi naumachiam illam Cesarem edificasse infra dicemus. Postea Octauius Augustus Mausoleum extruxit: quod esset non suum modo sed omnium imperatorum sepulcrum: de quo Suetoni sunt hec uer- ba. Reliquias Mausoleo condiderunt: id opus iter flaminia uia rip: mo- tiberis/sexto consulatu suo extruxerat. Eius Mausolei opera pulchri- tudinemq̄ Suetonius qui inspexit: quia id eternum putauit futurum describere neglexit. Cassiodorus uero omnium ultimus qui de rebus romanis dum adhuc starent scripserūt: talia de Mausoleo scripsit: que nullo modo uel ea ratione obmittenda duximus: quia nunc solus for- nix fundamenta indepressa ualle sustentās/ubi augusta uulgo dicitur/ extat: ita herbida: ut nunquam destitutis in pasqua animalibus care- at. Suntq̄ hec Cassiodori uerba. Sed mundi dominus/ad potentiam suam opus extollens/mirandam romanis etiam erigens fabricam/in uallem martiam tetendit Augustus: Inmēsa moles firmiter percincta montibus continetur/ubi magnarum rerum inditia clauderentur: bisseua quippe hostia ad duodecima signa posuerunt. Addit quoq̄ alia Cassiodorus: que inspectaculorum describendis locis dicemus: etiamē infra dicit: duos ibi fuisse obeliscos/quorum unus minor & loco altior qui nunc pinciano in colle prostratus cernitur: lunc: alter foli dicatus fuit: de quo Plinius sic scribit. Is obeliscus qui est in campomartio Centumdecem pedum est a merosotide inscriptus/ambo rerum interpretationem egyptiorum philosophie continent. Eidem qui est in campomartio/Diuus Augustus addit mirabilem usum/ad deprehen- dēdas umbras solis/dierumq̄ ac noctium horas/strato lapide ad mag- nitudinem obelisci: cui par fieret umbrarum effectus: diesq̄ & horas paulatim per regulas que sunt ex ere icluse/singulis diebus decrescere aut augefcere: digna cognitu res/& ingenio facundo: Manilius mathe



maticis apicis auratam paliā addidit: cuius uertice umbra colligeretur in se ipsa. aliam solem imitari iaculante apice/ratione ut ferunt a capite hominis intellecta. Hec triginta iam fere annis non congruit/siue solis ipsius distans cursu: & celo aliqua ratione inutato: siue uniuersa telurē/a centro suo demota: ut deprehendi & in aliis locis accipio: siue orbis tremoribus. ibi terre gnomone in torto/siue inundationibus turberis/immerso fundo molis: in terram quoque dicantur acta fundamenta. Et Iulius Capitolinus in trium Gordianorum gestis rebus & eorum ultimi uita scribit/eum instituisse porticum in campo martio sub colle pedum mille: ita ut ab altera parte/mille pedum porticus fieret: atque inter eas spatium pariter esset pedum quingentorum: cuius spatium hinc atque inde uiridaria essent/lauro/myrto/& bulso frequentata: medium uero locustrium breuibus columnis altrinsecus positis: & singulis per pedes mille/quod esset deambulatorium: ita ut in capite esset basilica pedum quingentorum. cogitauerat preterea cum misitheo: ut post basilicam thermas estiuas sui nominis faceret: ita ut hiemales: & in principio porticus poneret/suo usui essent uel porticus/uel uiridaria: sed hec omnia nunc in priuatis possessionibus & hortis occupata sunt atque edificatis. Multa adduximus rerum campi martii testimonia quod tamen supra affirmamus/locum ubi proprie capus appellabatur martius/in quo deligendis magistratibus suffragia ferebantur: fuisse ubi nunc est Coclis Antonii columna ex superioribus Iulii Capitolini uerbis coniectura assecuti sumus. Nam cum uallis martia Augusti operibus Mausoleo adiectis/plena esset/& alia superiora loca/partim Domitiani thermis supra sanctum Siluestrum: partim Iuturne templo/aut aque uirginee ductus/absque campi martii memoria/notissima essent/nullus relinquitur in campo martio collis/secundum quem porticus illa mille pedum construi posset/preter illum quem Coclidum columnam ad occidentem solem proximum/in media sua parte/citatorum diximus appellatum. Columnam autem Coclidem/Antonii Pii fuisse honori positam/constat: quod facies sua nobis multisque etatis nostre/numismatum imaginibus notissima/illis in rebus gestis/quibus centum septuaginta quinque pedes alta insignitur columna: cernitur insculpta: Sexti etiam Ruffi urbis descriptio/cum duas tantum modo in urbe roma fuisse/coclidum columnas dicat. Hanc in circi flammiani regione sitam/Antonii Pii appellat: nec potuit minor quam mille pedum porticus

fieri: que parte una clauderet campum: quem ea ratione esse amplissimum oportuit: quod multa hominum milia in illum deligendis/designandisue magistratibus concederent: non enim sole tribus quinque & triginta/omnem populum qui rome esset/siue intra menia/siue in suburbanis & agro/complexe: Sed par prope numerus ex italia ad ferenda suffragia/comitiorum temporibus confluebat. Hec autem quia paucis nota sunt libet testimoniis confirmare. Suetonius in Octauii uita sic habet. Urbe urbanisque rebus administratis/italiam duodeviginti coloniarum numero deductarum/refrequētauit: operibusque ac uestigalibus publicis/plurifariam instruxit/etiam iure ac dignitate urbi quodammodo pro parte aliqua adequauit/ex cogitato genere suffragiorum/que de magistratibus urbis/decuriones coloniarum in sua quisque colonia/ferret & sub die comitiarum/ob signata romam mitterent. Asconius autem Pedianus Ciceronis orationes exponens/ostendit multis italie ciuitatibus preter illas uigintiocto colonias: ferendi in campo martio suffragii ius fuisse. Video enim inquit in annalibus eorum qui punicum bellum secundum scripserunt tradi: Placentiam coloniam deductam pridie kalendas ianuaras/primi anno eius belli. Cornelio Scipione/patre: Africani prioris: Tito Sempronio Longo consulibus: neque illud dici potest: sic eam coloniam deductam esse: quemadmodum per plures annos. Gn. Pompeius Strabo pater. Gn. Pompei magni/traspadanas colonias deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis eas instituit. sed ueteribus incolis manentibus/ius dedit Latii/ut possent habere ius quod ceterae latine colonie: id est impetendis magistratibus/iure ciuitatem romanam adipiscerentur. Placentiam autem sex milia hominum noui coloni deducti sunt. In quibus equites deducendi/fuit causa: ut opponerentur gallis qui eam partem italie tenebant. Deduxerunt triumuiuri. P. Cornelius Aina. P. Cornelius Naso. G. N. Cornelius Scipio. Eamque coloniam: quinquagesimam tertiam deductam esse inuenimus. Nec uero italicis solum ciuitatibus/sed externis quoque & remotissimis a populo principibusue romanis/ius Latii datum fuit: quod quidem etsi multis testimoniis docere possemus/unico nunc ostendisse contenti erimus. Vlpianus namque iuris consultus ille egregius/indigestorum libris/et titulo decenibus/sic habet. Fecite splendidissima tyriorum colonia est in siria: unde mihi origo est: nobilis regionibus siue syculorum antiquissime stirpis armipotens. Federis quod



cum romanis percussit tenacissima: Hunc diuus Seuerus & imperator  
noster/ob gratiam i rem publicam imperiumq; romanum: ob insignē  
fidem ius italicum dedit. Campi martii descriptio ad alia duo. Equi iā  
Salcer & Iouis insulam describēda nos trahit. Sed equiā spectaculorū  
loco relinquemus. Insule iouis originem: Lilius post campimartii de  
scriptionem ostendit his uerbis. Martius deinde campus fuit/forte  
ubi tunc seges farris dicitur fuisse mature messi/quem campi fructū  
um quia irreligiosum erat consumere/defectam cum stramēto segetē  
magna uis hominum simul immissa/corbibus fudere in tiberim/tenui  
fluentem aqua ut medtis caloribus solet: ita inuadis esitantis frumēti  
aceruos/defedisse/illitos limo: insulam paulatim ex aliis que fert tēte  
rē flumen/eodem uētis factam: postea credo additas moles/manuq;  
adiutum: ut tam eminens ara/firmaq; tēplis quoq; ac particibus sub  
stinendis esset. Ea autem in insula duo fuerunt templa: Iouis & Excu  
lapii nepotis sui/Ex phebo: de quibus sic est in primo fastorū Ouidii  
Quod tamen ex illis licuit mihi discere fastis. Sacrauere patres hac  
duo templa die. Accepit phebo/nimphaq; Coronide natum Insula:  
diuidua quā premit amnis aqua. Iuppiter i parte est cepit locus unus  
utruncq;. Iunctaq; sunt magno/templa nepotis auo. Legimus autem  
ipsam Insulam aliquando Lichoniam appellatam esse in qua Pontifex  
Gelafius secundus/ecclesiam sancti Bartholomei: uel extruxit/uel quod  
magis credimus instaurauit. Pontem qui ipsam insulam urbi iungit  
indicat titulus marmore excisus. Quintum lepidum & M. Curiū  
ediles: alium uero qui ipsam insulam Ianiculo iungit. Valentinianum  
superiorem/& Valentem: qui romanum imperium primus ad ruinā  
perduci adiuuit: extruxisse. Quos pontes nuper tua Pontifex Euge  
ni opera instauratos/& tiburtino lapide stratos/uidemus. Postq; de  
senatus & comitiorum locis: que duo. R. P. & libertatis maxima fu  
erunt fundamenta: satis est dictum. De Erario quod caste & integre  
custoditum/libertatis fuit neruus: est dicendum. Eius locus fuit in  
tarpeia rupe: cuius non paruam partem/& quam erarii fundamenta  
subtinuisse tenemus: per hos dies collapsam uidimus. Superiori loco  
docuimus Varronem uoluisse tarpeium montem saturniam a priscis  
appellatam: & in eo Saturni edem fuisse. Et Macrobius i saturnalibus  
sic scribit: Romani edem Saturni erarium esse uoluerunt. q; tempo  
re quo italicam incoluit fertur in eius finibus nullum furtum esse com

missum. Varro enim ad libri quarti de lingua latina finem  
super uerbo trutina. Vestigium ait etiam nunc manet in ecle  
Saturni: quod etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam  
erarium ab eo appellatum. Ex quibus omnibus colligitur erarium  
fuisse ubi nunc saxum uidemus edificitus enudatum contra tiberim/&  
ecclesie sancti Nicolai in tulliano carcere supereminens. Sed multa  
de illo libet scribere loci dignitatem cunctis admirabilem redditura q;  
ex trigesimo tertio Plinii libro suo ordine. excerptimus. Populus Ro  
manus ne quidem argento signato/ante Pyrrhum Regem de uictum  
usus est. Libralis/unde etiam nunc libella dicitur: & dipondius appē  
debat assis: quare eris grauis pena dicta: & adhuc expense in rati  
onibus dicuntur: quin etiam militum stipendiorum: hoc est stipis pō  
derande pensatores/libripendes dicuntur. Seruius Primus signauit  
ES. antea rudi usos rome Timeus tradit. Signatum est nota pecu  
dum: unde & pecunia appellatur. Argentum signatum est/anno urbis  
quingentesimo octogesimo quinto: Quinto Fabio cōsule: quicq; annis ā  
te bellū primū punicū. & placuit denarius/pro decē libris eris: Qui  
narius pro quinq;: Sextertium pro dipondio ac semisse. Libre autem  
pondus eris/imminutum bello punico primo cum impensis res publica  
non sufficeret. Nota eris fuit/ex altera parte Ianus Geminus. ex al  
tera rostrum nauis. In triente uero & quadrante es quadrans: antea  
triuncis uocabatur/a tribus uncis. Postea Hannibale urgente. Qui  
to Fabio Maximo dictatore/asses unctiales facti: placuitq; denarium  
sexdecim assibus permutari: quinarium octenis. sextertium quater  
nis. ita res publica dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio  
semper denarius pro decem assibus datus. Nota argenti fuerūt bige  
atq; quadrige: & idē bigati/quadrigatiq;. Licinius Drusus/tribu  
natu plebis octauam partem eris argento miscuit. Aureus nummus  
post annum sexagesimum percussus est. Sed preter alia miror populum  
romanum uictis gētibus in tributo argentum non aurum semper im  
perasse. Sicut cartagini Hannibale uicto/argenti pōdo annua: in qui  
quaginta annos: nihil auri: & infra. Auri in populi romani erario fu  
ere/Sexto Iulio Lutio Aurelio cōsulibus: septē ānis ante bellū punicū  
tertium pondō septingenta uiginti sex: argenti nonagita duo milia &  
extra numerū tricēta & septuagita quicq; milia. Item Sexto Lutio Iu  
lio Aurelio cōsulibus hoc est belli socialis iūcio octigēta qdragita septē



pōdo. Cesar primo itroitu ieiui bello ex erario ptulit laterū aureorū  
trigita sex milia & i nummis pōdo tricēta Nec fuit aliis tēporibus. R  
P. locupletior. Iis que ad erariū spectauere perscriptis. Iudicia magnā  
in reipublice administratione uim habentia: ubi habita fuerint. scri-  
bendum a nobis fuit. nisi satis supra de illis fuisset dictum. In curiis  
enim ueteri & hostilia cause agitabantur: q̄q̄: & pro rostris & in  
comitio & diuersis in edibus templisq; multas aliquando actas fuisse  
causas legerimus. Sed cum ea abunde docuerimus loca: passim queq;  
minora indicare pergamus. Res militaris cuius disciplina/rem auxit  
& tutata est romanam: nullum ante uiolatam a principibus libertatē  
locum in urbe habuit. Nam etsi capitolium/arce[m] uidemus ubiq; ap-  
pellari: illa tamen romanū/nullo unq; pre terq; inuasionis gallorum se-  
nonum tempore: pro munitione & tutela sunt usi. Et si uero Octau-  
us Augustus locum castris i urbe/primus omnium principum consti-  
tuit: nulla tamen alia ratione id fecit. q̄ ne milites uagi & per urbem  
dispersi rapinis/tumultu/contentionibusq; ciuitatem inquietam red-  
derent. Hinc rauennatum de quibus diximus in Ianiculo & miseratiū  
peregrinorumq; militum / in celio monte/castra sunt ab illo constituta  
Tiberius autem/pernitiosissimam libertati: atq; etiam imperio rem  
exorsus: castra sicut scribit Suetonius rome constituit: quibus preto-  
riane cohortes/uage ante id tempus/& per hospicia disperse: conti-  
nerentur. Fuitq; eius/arce & tyrannidum fomitis/locus: quem apud  
sanctum Sebastianum uia appia: ad caput bouis nunc appellat. Primus  
autem qui horum castrorum/& corrupte premio eius militie presidio  
consulibus senatq; renitentibus imperium assumpsit: fuit Claudius  
q; Suetonii uerbis ostendere libet. Claudium latentem/forte discurrens  
gregarius miles/animaduersis pedibus ex studio seiscitandi/quisnam  
esset: agnouit/extractumq; & pre metu adgenua concidentem/impe-  
ratorem salutauit/hinc ad alios commilitones fluctuantes: nec quicq;  
adhuc & frementes: perduxit: ab his lectice impositus/& quia sui diffu-  
gerant/ucissim succollantibus: in castra delatus est: tristis ac trepidus:  
miserante obuam turba: quasi ad penam raperetur insons. Receptus  
intra uallium/inter excubias militum pernoctauit: aliquanto minore  
spe q̄ fiducia. Nam consules cum senatu & cohortibus urbanis: forū  
capitoliumq; occupauerant: asserturi Romam in libertatem. Accitusq;  
& ipse per tribunos plebis in curiam ad suadenda que uiderentur: in

se & necessitate teneri respondit. Verum postero die/& senatu seg-  
nitate in exequendis conatibus/per tedium ac dissensionem diuersa  
consentium: & multitudine que circumstabat/unum rectorem iam &  
nominatim exposcente: armatos pro contione in nomen suum iurare  
passus est: promisitq; singulis quindena sextertia/primus Cesarum  
fidem militis/etiam premio pigneratus. Siquis autem castra preto-  
riana/utrum in urbe: sicut aliqui contendunt: an extra urbem/sicut  
diximus fuerunt: certius noscere cupit: Cornelium tacitum legat ubi  
de Galbe morte & nouo Othonis imperio tractans/prelium narrat:  
quod acerrimum est commissum in circo maximo. & capitolio/& pa-  
latio: ubi apertissime apparet: pretorianos milites munimento castro-  
rum innixos: consulibus/senatu/& romano populo/aliter sentientibus  
quos uoluerunt tyrannos effecisse. & multorum hominum cedē i urbe  
commississe: Helius Spartianus ingressum Seueri imperatoris i urbē  
Romam talem describit. Cum Romam uenisset Seuerus: pretoria-  
nos cum subarmalibus/inerimes iussit sibi occurrere: eosdem sic ad  
tribunal uocauit: armatis undiq; circumdatus. Eo autem processit pre-  
torianorum militum siue auctoritas/siue audacia: ut quem uellent/  
imperatorem facerent: factūq; imperio deturbarent. Helius Lam-  
pridius narratis Hellogabali flagitiis talia scribit: Per que ostendit  
imperii ac uite & necis illius/arbitriū in pretorianis militibus fuisse  
constitutū. Suntq; hec Lampridii uerba. In castris uero milites pre-  
canti prefecto dixerunt/se parafuros esse Hellogabalo: si impuros ho-  
mines: & aurigas a se/dimoueret: atq; ad bonam frugem rediret. Iu-  
lius Capitolinus in maximorum uita ostendit. Edem fuisse in pre-  
torianis castris: in quam senatus aliquando uocari consueuerit: preser-  
tim cum de abrogando alicui imperio agendum esset Sicq; abrogato  
Imperio maximis patri & filio: Gordiani duo: pater item & filius  
in ede castrorum declarati sunt augusti: cuius senatusconsulti/hanc  
formam Lampridius ponit. Cum esset uentum in edem castrorum  
quinto kalendarum iuliarum: & cetera. Iulius Capitolinus Pupien &  
Balbini imperatorum gesta describens: quantum castra pretoria ro-  
me obfuerint ostendit his uerbis. Et maximino quidem ad bellū p̄fec-  
to/rome pretoriani remanserunt: inter quos & populum/tanta sedi-  
tio fuit: ut ad bellum ueniretur intestinum: rome pars maxima incē-  
deretur: templa fedarentur/omnes platee cruore polluerentur. Et





infra. In terea Rome iterum seditiones inter populum & milites or-  
te: ut nec cum edicta proponeret Balbinus audiretur. Veterani se  
in castra pretoria contulerunt/cum ipsis pretorianis: quos cepit po-  
pulus obsidere/nec uquam ad amicitiam essent reducti/nisi fistulas aqua-  
rias populus icidisset. Et idem Capitolinus predictorum imperatorum  
uite exitum narrans. Hec habet uerba: que castra pretoria extra ur-  
bem fuisse demonstrant. In hac contradictione illis contendentibus/  
milites superueniunt/atq; eos nudatos ambos uestibus regalibus de  
palatio cum iniuriis perduxerunt: & per mediam ciuitatem ad castra  
raptare uoluerunt/magna ex parte laniatos: sed ubi compertum est  
germanos ad defensionem illorum superuenire ambos occiderunt: &  
in itinere medio reliquerunt. Inter hec Gordianus Cesar/sublatus a  
militibus: Imperator est appellatus Augustus: quia non erat alius in  
presenti: insultantibus militibus/senatu & populo Romano/qui se  
statim in castra receperunt. Idem quoq; Capitolinus scribit senatusco-  
sultum de imperio Valeriani principis optimi in pretorianis castris  
factum fuisse. Portum Romanum in reipublice edificiorum partibus  
poni debere non ambigo. de quo sic habet in Claudio uita Suetonius.  
Portum hostie extruxit/circumdato dextra sinistraq; brachio: & ad  
introitum profundo iam solo/mole obiecta: quam quo facilius funda-  
ret: nauem ante demersit: etia magnus obeliscus ex egypto fuerat a-  
uectus. congestisq; pilis/superposuit altissimam turrim/ in exemplum  
alexandrini phari/ut ad nocturnos ignes/cursum nauigia dirigerent.  
Eam autem nauim de qua dicit hic Suetonius. supra ostendimus fuisse  
illam: qua obeliscus qui nunc est in uaticano fuit aduectus. Et turris  
illius pharce/partem non minimam marmoribus tamen quibus olim  
crustata fuerat spoliata/extare uidemus. Pontes ite ponere possemus  
in hac. R. P. edificiorum parte. Sed cum octo illos fuisse in urbe in-  
uenerimus: non satis certa nobis est noticia/plurium q; quos supra ex  
incidenti necessitate descripsimus: Triumphali. Aurelio. Sublito: &  
eo qui Iouis insulam urbi iungit. Pariter dicimus de arcibus trium-  
phalibus: quorum per pauci nunc integri: uel non maiori ex parte co-  
minuti cernuntur. Nec dignum satis censuimus. loca ubi magna illorum  
pars fuerit/ inuestigare. Quatuor uero ex ipsis nunc extantium quos  
constat fuisse triumphales. Vnum Domitiani ad sanctum Siluestrum  
descripsimus. Reliquos tres Constantini: Luti Septimi Seueri & Titi

Vespasiani: accommodatiori tempore describemus. Hac etiam i parte  
aqueductus ostendere expediens uidetur. Iulius Frontinus curandis  
aquis prefectus a Nerua imperatore institutus/ elegans de aqueducti-  
bus scripsit opus. ex quo nonnulla ad rem nostram facientia hic excep-  
simus. Ab urbe condita per annos quadragintaunum supra quadringentos  
contenti fuerunt Romani usu aquarum: quas aut ex tiberi: aut ex pu-  
teis: aut ex fontibus hauriebant. Nunc autem in urbem influunt. Appia  
Anio uetus. Martia. Tepula. Iulia. Virgo. Almetina/que eadem uoca-  
tur Augusta. Claudia. Anio nouus. Que autem iste fuerunt aque &  
unde quotq; passuum milibus/uel sub terram/uel arcibus ducerentur:  
eti Frontinus copiose scribit: parum nobis intelligibile est. q; & ipse  
forme maiori ex parte corruerunt/ & nomina locorum per que illorum  
fines demissumq; descripsit: interierunt. Formarum autem magnificentia  
totius orbis & ipsius urbis miracula superasse: infra scripta ostendunt  
a Frontino excerpta. Quoniam auctoris cuiusq; aque etates: preterea  
ordines & longitudines ruinorum & ordinem libre/persecutus sum  
non alienum mihi uidetur etiam singula subicere: & ostendere quanta  
sit copia/que publicis priuatisq; non solum usibus & auxiliis: uerum  
etiam uoluptatibus sufficit: & per quot castella: quibusq; regionibus  
deducatur: quantum extra: quantum intra urbem: & ex eo/quantum  
lacubus/quantum muneribus/quantum operibus publicis/quantum nunc  
Cesaris/quantum priuatis usibus. erogetur. Eorum Frontini uerborum  
duo tantummodo duximus exponenda. quid castellum lacusq; fuerunt.  
Ea in iuris ciuili parte/quam digestos appellant libros. Ulpianus ti-  
tulo de aqua quotidiana & estiuua. Castellum inquit est receptaculum  
quod aquam publicam suscipit: & Labienus etiam iure consultus Cas-  
tellum ex quo fistulis aqua duceretur. Cum itaq; ductus aquarum uel  
ad uiarum diuortia uel regionum urbis fines/produci erant. Castella  
in formarum summitate erant/ex aqua per digitos. uncias & modulos  
edificiis. operibusq; & muneribus publicis/ac priuatorum usibus/diui-  
debantur. In solo autem lacus erant: alta aquarum receptacula: ex qui-  
bus cum romane plebis & fullonum/coriariorum/altorumq; opificum  
necessitatibus satisfieret. tum horti irrigabantur: & quod plane ostendit  
Frontinus: inter plurima aquarum commoda/illud non extremum  
erat: q; aeris salubritati maxime conferebant. Suntq; hec Frontini  
libro secundo uerba. Sentit hanc curam imperatoris piissimi Nerue



principis sui. Roma regina orbis & terrarum domina: cui par nihil/  
nihil secundum & magis sentit salubritas eiusdem eterne urbis: auc/  
to castellarum/operum/munerum/& lacuum numero: nec minus ad  
priuatos commodum/ex incremento hedifioru diffunditur: Illi quoq;  
qui timidi illicitam aquam ducebant/securi nunc ex beneficiis ferunt  
nec pereuntes quidem aque otiose sunt: alia munditiarum facies purior  
spiritus: & cause grauioris celi/quibus apud ueteres aer urbis ifamis  
erat remote sunt. Licet uero Iulius Frontinus aquas urbis tantummodo  
nouem suis temporibus fuisse scribat. Sextus Ruffus uir consularis  
qui Frontino posterior. Dioclitiani temporibus urbem Romam descripsit  
aquas ipsas/ad decem & nouem enumerat. Traianam. Atiniam. Athicam  
Martiam. Claudiam Ceruleam. Iuliam. Augustam. Appiam. Algēt/  
anam. Cuninam. Sabbatinam. Aureliam Damnata: Virginem Te  
pulam. Seuerianam. Antonianam Alexandrinam. Quarum unica nunc  
ut supra diximus. Virgo urbem influit. De earum aliquibus/sic habet  
in trigesimo sexto Plinius. Sed dicantur uera extimatione in uisa alibi  
miracula. Quintus Martius iussus a senatu aquarum amenas ductus  
reficere/nouam a nomine suo appellatam: cuniculis per montes actis  
intra preture sue tempus adduxit: Agrippa in edilitate sua adiecta Vir/  
ginea aqua/ceterisque corruiatis atq; emendatis: lacus septingentos fe/  
cit. Idq; fuit quod Octauium Augustum populo romano uinum petenti  
subiratum respondisse scribit Suetonius: tot aquas introduxit/Agrip  
pa gener meus/& uinum queritis: Plinius item infra. Vicit antece/  
dentes aquarum ductus: nouissimum impedium operis inchoati a Gaio  
Cesare/peracti a Claudio: quippe lapideam ex cellitate/omnes urbes  
& montes equantem/ut lauacra impleret/curtios atq; ceruleos fontes  
adductos/erogata in id opus talentum quingenta sexaginta milia. Is  
est nunc aqueductus quem a porta Neuia/cui maior est appellatio/ad  
lateranensem basilicam/& inde per celi montis dorsum ad auentinum  
montem fuisse perductum/ex Cassiodoro supra ostendimus. Sequi  
tur ite Plinius: q; si quis diligētius existimauerit aquarum abundantiam  
in publico: balneis/piscinis/erupis/dombus/hortis/suburbanis/uil  
lis: Spatiaq; uenientium/exstructos arcus/montes perfossos/conualles  
equatas/fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum  
Eam nos uerborum Plinii magnitudinem/reliquiis formarum que  
nunc ternuntur comparantes/illu nullatenus excessisse: nec rem magna

uerbis fecisse maiorem iudicamus. Faciunt etiam ad hoc Frontini.  
uerba que subicimus. Hi sunt arcus altissimi subleuati in quibusdam  
locis pedes centum nouem. Tot aquarum: tam multis necessariis mol/  
bus: pyramides Videlicet otiosas copares/aut cetera inertia/sed fama  
celebrata grecorum. Quod uero causas tante iacture quam fecit urbs  
romana in aquarum huiusmodi/per formarum demolitionem a uersi/  
one/duas uulgo afferrunt uidemus: uetustatem scilicet/& gothorum  
crudelitatem: hos ab inusta/immerito/& per calumniam nota/cum  
purgauero: uetustas etiā/quo ad formarum demolitionem/sua iudicia  
liberabitur. Et quidem quantum ad gothos attinet: Theoderici qui  
fuit primus gentis ostrogothe regum/& romam duodequadragita  
annis domino subactam tenuit. & alias diximus/& identidem affir/  
manus/urbem Romam summis beneficiis profecutum fuisse. menia  
illius: theatra/amphitheatra. Palatia. thermas. cloacas. & in primis  
aquarum formas instaurari/arboribus sentibusq; purgari/& aliqua ex  
parte refici/curauisse: ut per annos septuaginta quibus ostrogothi  
regno rome/& italie/sunt potiti. Octauii Augusti. Traiani. Hadri  
ani. Antonini. Pii aut Alexandri. Seueri amorem: in romanam rem/de  
siderari nequaquam oportuerit. Quod quidem quia multis ignorantibus  
incredibile futurum non dubitamus/ libet uno testimonio confirmare/  
ad aquarum de qua nunc agimus materiam faciente. Affertq; id testi  
monium non doctissimum modo/sed christianus. & uite laudatissime/  
Senator primo romanus/& postea monachus: Cassiodorus. Venerat  
romam ex affrica uir quispiam deducendarum aquarum/laticumq; in/  
ueniendorum doctissimus: de cuius aduētu: cum certior ab urbe factus  
esset Theodericus Rex. Has ad romanos ex rauenna ceterosq; pro  
uinciales dedit epistolas. Magnitudinis uestre relatione comperimus:  
aquilegum romam uenisse de partibus affricanis ubi ars ipsa pro lo/  
corum siccitate/magno studio semper excōlitur: qui aridis locis aquas  
possit dare uernatiles: ut beneficio suo humida habitata faciat loca: ni/  
mia sterilitate siccata: hoc nobis gratum fuisse cognoscite/quo industria  
illa maiorum libris exposita nostris temporibus ueniat comprobanda.  
Signis quippe uerentium/herbarum & proceritate arborum/ucini/  
tatem colligit diligenter aquarum. Terris enim dulcis quibus humor  
longe non est ubertas quorundam graminum semper arridet: ut est  
iuncus aquaticus: uimen lentus: ualidus rubus: salix lenta: populus



uirens: & reliqua arborum genera/que per terrenam humiditatem  
felici prosperitate luxuriant. Sunt & alia huius artis inditia/cū nocte  
ueniente lana sicca i terram ponitur. Huic si aque proximitas arriserit  
mane humida reperitur: Sole etiam declinato/intuentur etiam magi  
stri loca solliciti: & ubi super terram uolitare spissitudinem minutissi-  
marum aspexerint omnino muscarum/tunc promittitur: quod queri-  
tur facile inueniri. Addunt etiam in columne specie conspici quendam  
tenuissimum fumum: qui quanta fuerit altitudine porrectus ad summu  
tantum in inum latices latere cognoscunt: ut hoc sit mirabile/ q̄ per  
hec aliaq̄ signa diuersa mēsurā diffinita predicatur: quāta p̄fūditate q̄  
sita mōstrētur. Predicunt etiam sapes aquarum: ut nec aspera dis-  
pendioso labore debeat queri: nec dulcis: necessariaq̄: in honore con-  
temni. Hanc scientiam sequentibus pulchre tradiderunt greci. Apud  
latinos Marcellus/qui non solum de subterraneis fluentis/sed de ip̄  
so ore quoq̄ fontium: solcite tractauit. Dicūt enim aquas que ad ori-  
entem austrumq̄ prorumpunt: dulces atq̄ perspicuas esse: & pro sua  
leuitate saluberrimas inueniri. In septentrionem uero atq̄ occidentē  
quecunq̄ manant: probari quidem nimis frigidas & crassitudine sue  
grauitatis incommodas: Atq̄ ideo si memorato illi uiderit sapientia  
uestra/& lectione codicum/& usu rerum: que sunt predicta cōstare:  
competentibus annonis de p̄uolico deputatis/peregrinationē eius in-  
opiamq̄ reuocabitis: accepturi mercedē: a quibus artis sue dona pres-  
titerit. Nam quāuis romana ciuitas aquis abunde irriguis: sitq̄ fōtibz  
gaudens/& formarum in undatione letissima: reperiuntur tamen plu-  
rima suburbana/que hanc uidentur desiderare peritiam/& merito-  
carus tenetur: qui uel p̄ parte necessarius esse cognoscitur: Hic tamē  
mechanicis iungendus est: ut undas quas iste repperit: illi leuent &  
arte subire faciāt: quod ascendere non preualet per naturā. Habeatur  
igitur & iste inter reliquarum artium magistros: ut desiderabile  
putetur non fuisse: quod sub nobis non potuit romana ciuitas cōtinere  
Satis iam satis ostendisse uide mur gothos nedum aqueductus destrux-  
isse: sed illorum instaurationis & noue inuentionis curam diligētissi-  
mam suscepisse. Vetustatem uero tanti mali causam non fuisse hinc  
iudicamus. q̄ in annorum pauloplus mille/quot a gothorum excidio  
effluerunt/spatio: adeo corruisse ac penitus euanuisse non potuissent  
tam solide extruções/quarum partes/que in agris a multitudinis

cōmodo q̄ longe abfuerunt/integre nunc uisuntur. Sole igitur incu-  
sande/ac detestande sunt manus improbe illorum/qui ut priuata &  
quidem sordidissima erigerent edifitia/lapides aut i calcem de quoque  
dos: aut casarum muris adhibendos/ab illa menium maiestate nō iūt  
ueriti asportare. Vt tamen nos etiā aliqua ex parte uetustati defera-  
mus/eā dicemus nulla ratione magis formas aquarū demolitā fuisse/  
q̄ q̄ urbe roma ceteris in sue gubernationis partibus senescente/ser-  
uandarum quoq̄ formarum cura cessauit. Frontinus quoq̄ de Custo-  
dia aquis adhibita/hec habet uerba: Tutelam autem singularū aquarū  
locari solitam inuenio./positamq̄ redemptoribus necessitatem/certum  
numerum circha ductus extra Urbē Centum ab urbe fertorum opti-  
ficum habendi. & quidē ut nomina quoq̄ eorum quos habituri essent  
i ministerio/per quasq̄ Regiones in Tabulas publicas deferēt. Eorūq̄  
operum probandorum curam fuisse per censes aliquando & ediles  
habitam/interdum etiā Coss. eam prouintiam obuuisse/Vt apparet  
ex eo quod factum est. C. Iulatio & Cesone/Coss. Quantopere autē  
cure fuerit. ne quis uiolaret ductus aquarum/nec audet et deriuare  
non concessam: cum ex multis apparere potest/tum ex hoc/q̄ Circus  
maximus/ne diebus quidē ludorum circensium: nisi ediliū aut Censorū  
permisso irrigabatur: quod durasse etiā postq̄ res ad imperatores  
transiit/sub Augusto apud Aethiū Capitonem legimus. Agri uero  
qui aqua publica contra legem essent irrigati/publicabantur. & infra  
Cuius rei causa ediles Curules iubebantur per uicos singulos: ex his  
qui in uno quoq̄ uico habitarent/prediaue haberent/binos preficere  
quorum arbitratu/aqua i publicum saliret. Primus M. Agrippa post  
edilitatem quam gessit/Consularis/operū suorum & munerum ue-  
lut perpetuus curator fuit/ qui iam copia permittēte./descripsit quid  
aquarum publicis operibus/quid lacubz/quid priuatis/daretur: ha-  
buit & familiam propriam que tueretur ductus aquarum atq̄ castella  
& lacus/Hanc Augustus hereditatem/ab eo sibi relictam/publicauit  
& infra Frontinus. S. C. ponit his uerbis/placere huic ordini/eos qui  
aquis publicis preessent: cum eius rei causa/extra urbem essent: lit-  
tores binos/& seruos publicos ternos. Architectos singulos: & scribas  
& libenarios. Accensos/preconesq̄ totidem habere/quot haberent hi/  
per quos frumentum plebi datur: Duabus distributionis superius fac-  
te partibus proposse impletis tertiam: Loca ludis spectaculisq̄ edifi-



cata aggrediamur. In hac theatra: scenam: orchestram: amphitheatra  
harenam: & circos describere oportebit. Theatri originem Cassio-  
dorus hanc scribit. Cum agricultores feriatis diebus sacra diuersis  
numinibus per lucos uicosq; celebrarent, athemenses primum agreste  
principium, in urbanum spectaculum collegerunt, theatrum greco  
uocabulo, uisorium appellantes, q; eminens adstans turba conueniens,  
sine aliquo impedimento uideatur: Et infra hos ritus romani sicut ce-  
tera externa, ad suam rem publicam non inutiliter trahentes, edificium  
alta cogitatione conceptum, magnanimitate mirabili, condiderunt. Un-  
de non immerito creditur Pompeius Magnus fuisse uocatus Plinius autem  
Marco Scauro non Pompeio, hanc theatri in urbem romam primum  
aduecti gloriam, attribuit: q; & de Pompei cognomine Cassiodorum  
errasse a Luito didicimus: cum magni cognomen, illi domestica appel-  
landi consuetudine, a pueritia obuennisse, dicat. Sed ad theatrum quod  
rome primum edificatum fuit. Ea machina ad emicli formam facta,  
Frontem qua iter cornua patebat: scenam appellatam, binis pluribusue  
contignationibus, contrata habebat: quorum pars interior orchestra  
appellata est, dumq; spectacula ederentur magistratus honoratioreq;  
exorchestra, populus ex gradibus, pariter quid diceretur fieretq; in-  
telligebant: Primum itaq; quod, rome ad dictam formam uisum est the-  
atrum: Marcus Scaurus in sua edilitate, non quidem perpetuo: sed  
triginta tantummodo ludorum scencorum diebus duraturum, extruxit  
de quo quia plura si sine testimonio dixerimus, fidem nobis paruam aut  
nullam adhibitum iri dubitamus. Plinii uerba hic libet apponere. Hic  
fecit in edilitate sua, opus maximum, omnium que unquam fuere humana  
manu facta, non temporaria modo, uerum etiam eternitatis destina-  
tione: Theatrum hoc fuit scene triplicis trecentarum sexaginta colu-  
narum, pars scene inferior de marmore fuit: Media euitro: Inaudito  
etiam postea genere luxurie: summe columnae tabulis inauratis: Et  
columnae ut diximus: duo, de quadraginta pedum: signa erant inter co-  
lumnas fuerunt, uiginti quatuor numero: Cauea ipsa, cepit hominum  
octuaginta milia. Quod autem Plinium supradixisse hic scripsi, fuit in  
libro trigesimo quarto: ubi haec sunt uerba. In Marci Scauri edilitate  
triamilia signorum in scena tantum fuere temporario theatro. Et libri  
trigesimi sexti capitulo secundo. Trecentas sexaginta columnas Marci Scau-  
ri edilitate, ad scenam theatri temporarii & iuxta uno mense futuri in usu

uiderunt portari: Et infra. Maxima earum duo de quinquaginta pedum,  
luculei marmoris. Ponit autem Plinius de temporariis theatris, maio-  
ra supradictis. Gaium namque Curionem dicit qui bello ciuili in partibus ce-  
sarianis fuit, in funebri patris munere, theatra duo iuxta, fecisse, am-  
plissima, eligno arcelino: singulorum uersatili ac pensili libramento:  
in quibus utriusq; ante meridiano ludorum spectaculo, munerum fie-  
bat editio, inter se auersis ne inuicem obstreperent: & repente circum-  
actis, ut constet postremo etiam die, edentibus aliquibus, & cornibus in-  
ter se conuenientibus. Amphitheatrum gladiatorum spectacula edebat, ipsum  
magistratum & populum circumferens romanum. Quid enim mira-  
retur quisque in hoc primum inuentorem: an inuentum? artificem, an  
auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suspicere, an uidere:  
Super omnia dammandus erit populi furor, sedere ausi tam infida in-  
stabiliq; sede. En hic est ille terrarum uictor, & totius dominator or-  
bis, qui gentes & regna diriperet: iura exteris mitteret, & quodam  
munere deorum immortalium generis humani uictrix portio, in machi-  
na pendens, & ad periculum suum plaudens. quod tantum ne phas ani-  
marum istarum: aut que querela: quantum malum uideatur: hauriri  
urbes terre hiatis, publicus mortaliu dolor est. Ecce populus roma-  
nus uniuersus uelut duobus nauigiis impositus, binis cardinibus substi-  
netur, & se ipsum depugnantem spectat, periturus, momento aliquo  
laxatis machinis. Primum autem theatrum lapide quadrato mensurum  
a Gneo Pompeio positum fuisse: concordant scriptores, de quo Corne-  
lius Tacitus. Nerone quartum Cornelio Cossio consulibus: quinquennale  
ludicrum rome institutum est: more greci certaminis, uaria fama ut  
cuncta ferme noua, quin Gneum quoque Pompeium incusatum a seni-  
oribus ferunt: quod mensura theatri sedem posuisset: nam antea, subitariis  
gradibus: & scena in tempus structa. Et infra. Sed consultum parsimo-  
nie, quod perpetua sedes theatro locata sit: potius quam immenso sumptu sin-  
gulos per annos consurgeret ac strueretur, nec perinde magistratus  
rem familiarem exhausturos. Eius theatri magnitudinem, nulla ratioe  
nullo, alio testimonio melius ostendere possumus: quam quod Nero nobilibus  
germanis, populi romani magnitudinem ostensurus: sicut Cornelius  
Tacitus refert: eos in Pompei theatro, populo plenum, introduxit.  
Illudque idem theatrum, postea unius diei opera Nero sicut Plinius li-  
bro uigesimo tertio capitulo quarto scribit: libano sumptu inaurauit:



ut Tiridiatem Armeniorum regem exciperet. Hoc theatrum licet a Gneo Pompeio inchoatum: & magna ex parte extructum fuerit: Galicolum Imperatorem absoluisse. Suetonius scribit: quod quidem annis uix quadringentis integrum durasse. hinc scimus: quia Theodericus ostrogothorum Rex illud non parua ex parte dirutum/instaurari iussit: Suntq; hec Cassiodori ad senatum uerba: molis etiam magnitudinem ostendentia. Et ideo theatri fabricam magna se mole soluentem consilio uestro/credimus esse roborandam: ut quod ab auctoribus uestris inornatum patrie constat esse concessum: non uideatur sub melioribus posteris imminutum/quid non soluas senectus? que tam robusta quassasti: montes facilius cadere putarentur: q̄ soliditas illa q̄teretur quando moles ipsa sic tecta cautibus fuit: ut preter artem additam. & ipsa quoq; naturalis esse credatur. hoc potuissimus forte negligere si nos contigisset talia non uidere. Cauca illa saxi pendentibus absidatis ita iuncturis absconditis/informas pulcherrimas conuenisse uidetur ut criptas magis excelsi motis crederes/q̄ aliquid fabricatum iudicares! fecerunt antiqui locum tantis sumptibus: ut haberent singulare spectaculum! qui mundi uidebantur habere dominatum. Apud id theatrum Pompeius atrium sui nominis: que multis postea in locis curia appellata est/extruxit. Fuitq; is locus in quo Gaium Cesarem occisum fuisse scribit Suetonius: ante quod atrium/fuit porticus Pompeiana de qua Ouidius de arte amandi: Tu modo Pompeia lentus spatia sub umbra Cum sol herculei terga leonis adit. Ea edificiorum moles quam ex supradictis maximam/amplissimamq; fuisse non suspicari modo: sed intelligere licet: uulgo sed magna confusione cognita est. Nam ea in ruinarum/& quidem in gentium parte/ad quam monasterium nunc est rose dictum/exterior muri pinna ingirum arcuata/quandam theatri speciem exhibet. Sed remotissimo abinde loco/qua certiores/ex fama theatri ipsius ruine/ad sancti Laurentii in damaso aream/ecclie/uegunt: Angelus Pontianus iure consultus/cum proximis diebus celle uinarie locum altius effoderet/fundamenta repperit saxo quadrato ingenti structa: in quorum uno cementarii quod extraxerant/littere erant cubitales/genium theatri Pompeiani dicentes: ut conicere liceat genium ibi proiacti primo fundamenti theatri: initio in ceteris si educentur litteris ostendi. Sed nostra fert opinio: quicquid a predicta sancti Laurentii area/ad rose monasterium/campo flore qui olim

fuit & est nunc in urbe celeberrimus: & ad iudeorum plateam continet tria de quibus diximus edificia Pompei complese. Estq; iudicio nostro theatri & scene locus/in sanctum Laurentium procliuior. nam in Damasi pape uita/siue illam ipse idem pontifex: siue beatus Hieronimus siue Petrus bibliothecarius scripsit: hec habentur uerba. Is basilicam iuxta Pompei theatrum construxit sancto Laurentio: que ex conditoris sui nomine uocatur. Eius basilice edes inhabitat nunc/qui magno exornauit sumptu/Ludouicus Cardinalis: tuus pontifex Eugenii camerarius: duplici gloria: tuis auspitiis/tuisq; opibus parata: fusi ac delati apud anglarium Nicolai Piccinini: & pulsi piceno Francisci Sfortie clarus. Atrium uero pompei credere debemus fuisse ubi nunc corrupte satrum uulgo appellat: Et porticus etiam nunc semi integra cernitur ubi altissime extant marmoree/ad duodecim columnas/capitolii siue potius rupis tarpeie radicibus/haud remote. Pompeiana domus quam M. Antonius illo defuncto inhabitauit! ubi fuerit/nulla possumus assequi coniectura: Implicamur hoc loco: multarum simul occurrentium rerum inuolucris. nam si theatrum copiose uolumus exornare/partes quoq; illius oportet/& simul ludos spectaculaq; quibus edendis instituta sunt machine: describamus. Et quidem quantum attinet ad scenam/uidemus eam fuisse simul cum temporariis theatris: aut pariter cum Pompeiano: institutam. quando quidem etate Ciceronis/& ante eum in usu habebatur. Diximus superiori loco Cassiodorum secuti/theatrum & scenam a grecis originem habuisse. Cornelius autem Tacitus etsi non negat exemplum a grecis sumptum: tamen industria etruscis attribuit: cuius sunt uerba. Maiores non abhorruisse spectaculorum oblectamenta/p fortuna que tunc populo romano erat: eoq; ab etruscis histriones accitos: & a tyriis equorum certamina: & possessos a grais: aliaq; ludos a Silla accuratius editos quo in loco uult Tacitus ipse ducere ante etate sua in Luti Mumi triumpho: primum spectacula fuisse populo romano prebita. Histriones laudatissimo primo usui habitos fuisse/hinc maxime patet: q̄ Cicerone scimus Roscio amerino Esopoq; familiarissime usum: adeo ut res rationesq; eorum/magnis conatibus tueretur: Perit illa Ciceronis oratio in qua populi romanum obiurgasse dicitur: q̄ Roscio gestum agente tumultuauit: Cōtēdebatq; sepius cum histrione Cicero: utrum ille sepius eandem sententiam/uariis gestibus efficeret: an ipse per eloquentie copiam uario sermone/



diuerse pronuntiaret Rosius autem non ut posteriorum etatum & nostre in primis histriones: moribus & uita sordidus: sed egregie doctus fuit: qui librum scripsit in quo eloquentiam cum histrionia comparauit. Melior uero quam nostra sit etas. Histrionum tunc ingenia fouit quam Rosio mille denarii preter gregalem stipem que recitantibus obueniebat: sunt de publico constituti. Et Esopus ex histrionie questu ducenties sextertium filiis reliquit. Sed ad rem nostram Diximus scenam locum fuisse qui emiclii theatralis cornua per diametrum coniungebat. Prima eius institutionis causa fuit: ut exinde comici: tragici: poete recitarent. Postea pantomimi sunt adhibiti a quibus personatis tragicorum & poetarum inuenta per singulorum actuum simulationem: ostenderentur. De hac re Cassiodorus omnium qui uiderunt simul & scripserunt ultimus. Simachus Boetii Torquati socero illustri & doctissimo uiro scribens sic habet. Frons theatri scena dicitur ab umbra luci densissima: ubi a pastoribus incohante uerno tempore diuersis formis carmina cantabantur. ibi actus musicus & prudentissimi seculi dicta floruerunt: Sed paulatim factum est: ut honestissime discipline improborum consortia fugientes: uerecunda se exinde consideratione subtraherent. Tragedia ex uocis uastitate nominatur: que concavis re percussionibus roborata. taler sonum uidetur efficere: ut pene ab homine non uideatur exire. Erigitur autem in hircinos pedes: quia si quis inter pastores tali uoce placuisset: tali munere donabatur. Comedia a pagis dicta est: comos enim pagus uocatur. ubi rustici gestientes: humanos actus letissimis carminibus irridebant. His fuerunt addite organistarum loquacissime manus: litigiosi digiti: silentium clamor: expositio tacita: que musa polimia repperisse narratur: ostendens homines posse etiam sine oris affectu: suum uelle declarare. Muse uero ab aqua dicuntur: que inuicem sicut uirtutes necessarie sibi esse uidentur. His leuium pentarum acumina ideo in fronte pinguntur quoniam earum sensus celeri cogitatione subuectus: res altissimas intuetur. Pantomimo igitur cui a multifaria imitatione nomen est: cum primum in scenam plausibus inuitatus aduenerit: assistunt consoni chori diuersis organis eruditi: tunc illa sensuum manus canorum carmen exponit: & per signa composita quasi quibusdam litteris edocet intuentis aspectum: in illaque leguntur apices rerum: & non scribendo facit quod scriptura declarauit. Idem corpus Herculem designat & Venerem:

feminam presentat & marem: Regem facit & militem: senem reddit & iuuenem: ut in uno credas esse multos: tam uaria immutatione discretos. Mimus etiam qui nunc tantummodo risui uidetur: tanta Phylitionis cautela repertus est: ut eius actus ponerentur in litteris: qui mundum curis edacibus estuantem: letissimis sententis temperaret. Quid apti tribularum tynitus? quid dulcissimi soni refera: uaria percussione modulamen: quod tanta gratia iucunditatis accipitur: ut inter reliquos sensus: auditum sibi ad summum munus tunc homines extiment fuisse collatum. Sed etas subsequens ludicra priscorum inuenta: traxit ad uitia: & quod honeste causa delectationis inuentum est ad uoluptates corporeas: precipitatis mentibus compulerunt. Satis iam ex superioribus: quid scena & ad quem usum a principio instituta fuerit: constare ex Cassiodoro potest. Que autem fuerit mutatio: quam Cassiodorus dolet in scena factam esse: paucis perstringemus: nihil scilicet spectacula: & ludos scenicos: aliud quam incestus: adulteria: crudelitates: & queque flagitia representando: edocuisse: ut non immerito Boetius in consolatione: referta lasciuis carminibus poemata: scenicas appellauerit meretriculas: Anneus uero Seneca cordubensis in epistula septima. Nihil inquit tam damnosum bonis moribus esse potest: quam in aliquo spectaculo residere: tunc enim per uoluptatem facilius uitia subrepunt. Quid me existimas dicere? Auarior redeo: ambitiosior. Luxuriosior: nuuc uero crudelior & immanior: quia inter homines: fui casu in meridianum spectaculum incidi: lusus expetens & sales & aliquid laxanti: quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant contra est: quicquid ante pugnatum est: mimis materia fuit. nunc omnissis ludis uera homicidia fiunt: nihil habent quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi: nunquam frustra manum mittunt: Hoc plerique ordinatis paribus & postularicis preferunt. Quidiu preferant? non galea non scuto repellitur ferrum. Valerius etiam Maximus instituta referens antiqua: ponit multa ex quibus uel pauca retulisse sufficiet. proximus a militaribus institutis ad urbana castra: idest theatra: gradus faciendus est: quoniam hec sepe numero animosas acies instruxerunt: excogitataque a principio: cultus deorum & hominum delectationis causa non sine aliquo pacis rubore macularunt: Sed non solum in muneribus que edi consueuerunt in scena: uerum in illius edificatio ornatuque: ingens facta est mutatio. Primo enim ab agresti tumultu arboribus camerato



scena ut diximus in lateritiâ lapideamue: ac marmoream molem  
 erecta est. Posteriorum autem luxuria eo postmodum processit: ut  
 omnis illius ludorum apparatus: uel aureus uel argenteus: uel eburne-  
 us fieret. Plinius libro trigesimo tertio. Et nos fecimus que posteri  
 fabulosa arbitrabuntur. Cesar: qui postea dictator fuit in edilitate sua  
 munere patris funebri: omni apparatu scene argento usus est. ferasq;  
 etiam argenteis uasis incessere: tunc primum usum est mox: quod  
 etiam in municipiis emulantur. G. Antonius ludos scena argentea fe-  
 cit: Item Lucius Murena. Et idem Plinius libro decimonono. Primus  
 omnium Catulus Capitolium dedicaturus: ante in theatro umbram  
 fecit: & pariter bissina uela primus in theatro duxit: Lentulus Spiter  
 appollinaribus ludis: Supra item dictum est: Neronem excepturum  
 Tiridatem: Armeniorum Regem: theatrum Pompei: auro in uno  
 die operuisse. Quo autem modo Panthomimus: quod supra est dictu  
 tam uarias hominum formas posset effingere. Oratins Flaccus ad Nu-  
 matiũ scribens: indicat: dum eni panthomimi ludos scenicos paraturi  
 Lucillum uestes poposcissent: quibus scenici uarias hominum etates/  
 conditionesq; personarent: quid sequutum sit ostendit his carminibus  
 Videlicet. Clamides Lucillus ut aiunt Si posset centum scene prebere  
 rogatus. Quot possum tot: tamen & queram & quot habebõ/  
 Mittam post paulo scribit si: i milia quinq; Esse domi clamidum: partẽ  
 uel tolleret omnes. Mutationem etiam in musicorum modulatione/  
 pariter cum edificio & muneribus scenam habuisse ostendit oratius in  
 arte poetica his carminibus. Tibia non ut nunc orichalco iuncta: tu-  
 beq; Emula: sed tenuis simplexq; foramine paruo. Aspirare & adesse  
 choris erat utilis: atq;. Non dum ipsa nimis complere sedilia flatu.  
 Quo sane populus numerabilis utpote paruus: Et frugi: castusq; uere  
 audisq; coibat. Postq; cepit agros: extedere uictor: & urbem. Lator  
 amplecti murus: unõq; diurno. Placari genus festis impune diebus.  
 Accessit: numerisq;: modisq; licentia maior. Sed de theatro satis:  
 cuius sole cernuntur ruine: a: exponendum alia transeamus: quorum  
 fabricæ pars nuuc extet.

FINIS LIBRI II.

LIBRI TERTII INDICES INCIPIVNT FELICI-  
 TER & PRIMO

Quid sit amphiteatrum .i.  
 De amphiteatro quod nunc colo-  
 seum .ii.  
 Therme Titì Vespasiani .iii.  
 De templo pacis .iiii.  
 Colosseum fuisse arenam .v.  
 Epistula per q̄ saxa amphiteatri  
 conceduntur .vi.  
 Amphiteatru Titì ubi fuerit .vii.  
 Que munera ederentur in amphi-  
 teatro .viii.  
 Epistula ostendens amphiteatri  
 crudelitatem .viii.  
 Mittebantur captiui ad pugnan-  
 dum cù feris amphiteatri .x.  
 Ludi gladiatorii origo .xi.  
 Gaius Cesar lege minuit numerum  
 gladiatorum .xii.  
 Naumachia in amphiteatro edita .xiii.  
 Harena ad quid .xiiii.  
 Expense harena fiebant a patritiis  
 collatis in capita nummis .xv.  
 De circis .xvi.  
 De circo Neronis .xvii.  
 De circo maximo .xviii.  
 Quid fori erant .xix.  
 Ad quid circus fuit institutus .xx.  
 Unde circus est dictus .xxi.  
 De carceris loco & parte circi .xxii.  
 De ludis circi .xxiii.  
 De ludo troiano .xxiiii.  
 In circo carceres aureati a Constituti  
 patribus .xxv.  
 Quod sit nũc circus maximus .xxvi.

Quid fuit ppe circũ maximũ .xxvii.  
 De columna in qua ituri ad bella  
 mittebãt rela .xxviii.  
 Templum Herculis quod mus  
 ce nec canes intrabant .xxix.  
 De circo flamminio .xxx.  
 De pratis flamminiis .xxxi.  
 De ede Appollinis .xxxii.  
 De curia .xxxiii.  
 Ab Augusti mansoleo curre-  
 bat in nunc agonem .xxxiiii.  
 Ecclesia sancte Marie in  
 eccuria .xxxv.  
 Origo uocabuli uite flammime  
 .xxxvi.  
 Flammime prouintie origo  
 uocabuli .xxxvii.  
 De mutatione nominis circi  
 flammini in nunc agonẽ .xxxviii.  
 Agonis ludi ab appollinaribus  
 traducti .xxxix.  
 Sancti Apollinaris ecclesia .xxxix.  
 De minoribus & dispersis  
 in genere .xxxxi.  
 De Neronis domo .xxxxi.  
 Edes fortune ex lapide trans-  
 lucente fuit .xxxxi.  
 Domus Neronis locus qui  
 fuit .xxxxi.  
 Titus in stagnis Neronis  
 amphiteatrum .xxxv.  
 De Colosso a quo nunc Collose  
 us .xxxvi.



Caput eneam quod nunc est ad  
 lateranum . xxxvii .  
 De foro Traiani . xxxviii .  
 De equo Traiani eneo . xxxix .  
 De cochle colina Traiani . l .  
 Ecclesia sancti Basili . li .  
 Tres turres in quibus militarunt . lii .  
 De foro nerue quod transitum  
 fuit dictum . liii .  
 Ecclesia sancti Hadriani in tribus  
 foris . liiii .  
 Ecclesia sancte Martinelle . lv .  
 Statua mars fori appellata quid . lvi .  
 De Septizonio . lvii .  
 Sancta Lucia in septa solis . lviii .  
 Arcus triumphalis Seueri . lviiii .  
 De arcu constantini . lx .  
 De domo Gai Cæsaris . lxi .  
 De pantheo . lxii .  
 Panthei mutatio in sancte Marie  
 rotunde ecclesiam . lxiii .  
 Eugenius quartus pantheum istau  
 ruit & cartis plubeis cooperuit . lxiiii .  
 Idem colunas panthei detexit . lxx .  
 Idem lapide strauit aream  
 panthei . lxxi .  
 Vicus iugarius ubi fuit . lxxii .  
 Equimelius quid & ubi fuerit . lxxiii .  
 Saline ubi fuerit . lxxiv .  
 De carceris ui uerbi . lxxv .  
 Latumias fuisse ubi nunc ecclesia  
 sancti Nicolai i carcere tuliano lxxvi .  
 Atrium regium ubi domus  
 fabellorum . lxxvii .  
 Vbi fuit summa uelia . lxxviii .  
 Quid fuerit testatius mos . lxxviiii .  
 De figulis & Plasticis . lxxv .  
 De ludis taurinis . lxxvi .  
 De locis quorum certa non  
 habentur testimonia . lxxvii .  
 De ecclesia sancti Marci . lxxviii .  
 De basilica duodecim aposto  
 lorum . lxxix .  
 De ecclesia sancti Marcelli lxxx .  
 Tituli Gnei Pompei in delu  
 bro Minerue . lxxxi .  
 Prefatio triumphi Gnei  
 Pompei . lxxxii .  
 Querela ignorationis multo  
 rum locorum . lxxxiii .  
 Comparatio qualis uetuste &  
 presentis Rome . lxxxiiii .  
 Habet presens Roma aliquod  
 in gentes imperium . lxxxv .  
 Non armis & sanguine coacti  
 sed religione adducti subici  
 untur populi . lxxxvi .  
 Dictator perpetuus est pon  
 tifex . lxxxvii .  
 Senatores sunt cardinales lxxxviii .  
 Asiam Affricam & Europam  
 roma haberet subiectam si  
 sancte & religiose uiueretur  
 in ea . lxxxix .  
 Tributa pendet pene omnis  
 europa . lxxx .  
 Que sint solida presentis sta  
 tus fundamenta . lxxxxi .  
 Qui Romam non adierit  
 nihil uidit . lxxxii .  
 Limina apostolorum . lxxxiii .  
 De ueronica . lxxxiiii .

Domine quo uadis . lxxxv .  
 Cimiterium Calisti . lxxxvi .  
 Sancta factorum . lxxxvii .  
 Capita apostolorum . lxxxviii .  
 Lucunabula & circucisio saluatoris ie  
 lactis uirginei uasculum . C .  
 Primum altare quod habuit religio  
 cristiana . ci .  
 Cathene beati petri . cii .  
 Iohannis Baptiste caput . ciii .  
 Anulus sponsalitorum beate  
 agnetis . ciiii .  
 Craticula sancti Laurentii . cv .  
 Stephani prothontartiris & Laurentii  
 sepulchra . cvi .  
 Fontes ad effusum beati Pauli  
 sanguinem . cvii .  
 Sancte Marie Maioris  
 ecclesia . cviii .  
 Sancti Hieronimi corpus cviiii .  
 Vbi foris olei erupit . cx .  
 Sancta maria in transtibe  
 rina regione . cx .  
 Conciliati ab Eugenio quar  
 to Romane ecclesie .  
 Asiani Romam uenerunt cxii .  
 Nulla orbis ciuitas pluribus  
 q̄ Roma gentibus  
 frequentantur . cxiii .  
 Viget ad huc Romane ma  
 testatis gloria . cxiiii .

FINIS INDICVM

LIBER TERTIVS ROME INSTAVRATE BL  
 .EL.FOR.

**AMPHITEATRVM** Quid A GRECO  
 in latinum interpretatum sit Cassiodorus qui  
 molem ipsam uidit pene integram & grecas eque  
 ac latinas litteras sciuit : ubi de ludis spectaculisq̄  
 iussu Theoderici Regis / populo edendis tractat  
 sic dicit . Hoc tibi potentia principis diuitiarum  
 profuso flumine excogitauit edifitium fieri &  
 cum theatrum / emispherium grece dicatur / amphiteatrum / quasi in  
 unum iuncta duo uisoria / recte constat esse nominatum : quod speciem  
 eius arena concluderet : ut & currentibus aptum daretur spatium : &  
 spectantes omnia facilius uiderent . dum quedam proluxa rotunditas uni  
 uersa collegerat . quod tamē Titus princeps non fuerit primus qui sicut  
 uult Cassiodorus amphiteatrum excogitauit : ostendit Cornelius Tacit  
 tus : qui in gestis a Nerone ipso & Lutio Pisone consulibus / scribit Ga  
 lum Cæsarem in campo martio amphiteatri molem posuisse / quam Sue  
 tomus ab illo destinatum : & postea ab Augusto mauseolum edificatum





destructam dicit. Suetonius etiam in Gaii Cesaris operibus scribit Stai-  
tilium Taurum edificasse amphitheatrum: & pariter de Vespasiano pri-  
mum. postea de Tito eius filio scribens. Amphitheatri opus utriusque attri-  
buit. Sed ubicumque alia fuerint amphitheatra, illud quod nunc colosseum  
appellatur: Titum Vespasianum uel inchoasse & perfecisse. uel cum ge-  
nitor incepisset. absoluisse non dubitamus. Nam quod supra de multis.  
& nuperrime de pompeio ostendimus: consueuerunt romani principes  
omnia eorum monumenta uno in loco edificare. Et pacis templum nunc  
dirrutum, Vespasiani opus: una olim sacra. Deinde notissimum. Titi filii  
arcum, in quo candelabrum, & alia hebreorum gentis spolia. in triumphu  
ducta ceruntur. amphitheatro nunc coloseo propinqua esse uidemus. ut  
nullatenus sit dubitandum. quin omnia. uel sancte Marie Noue mo-  
nasterii & ecclesie edificia: uel maxime apud illam extantes ruine, in co-  
loseum uergentes: dicti pacis templi, & aliorum Vespasiani & Titi  
edificiorum partes fuerint. Quam Suetonius quando scribit Titum  
edificasse amphitheatrum: addit quod pariter thermas illi propinquas ex-  
truxerit: quas credimus fuisse ubi nunc sunt ruine, a sancte marie no-  
ue monasterio in colosseum ut diximus uergentes. Nullum autem tota  
in urbe edificium facile repperitur: quod maiori sumptu, maioriq; re-  
rum preciosissimarum apparatu: quam templum pacis extructum fuerit.  
De quo beatus Hieronimus in Iobelis prophete expositionibus sic dicit  
Vespasianus & Titus, Rome templo pacis edificato: uasa templi Iero-  
solimitani, & uniuersa donaria, in delubro illius constituerunt. que gre-  
ca & romana narrat historia. Id etiam amphitheatrum nunc colosseum  
a Vespasiano & Tito, & nullo alio fuisse edificatum ostendit. Martialis  
in epigrammatibus his carminibus. Hic ubi conspicui uenerabilis am-  
phitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Martialem uero Sta-  
tiumque poetas, per Vespasiani & Titi tempora floruisse Eusebius scri-  
bit. & stagna Neronis fuisse ubi nunc colosseum, & Constantini arcum  
triumphalem uidemus. in auree domus Neronis descriptione osten-  
demus. Videtur autem nobis ex duobus uisuris, que simul in amphi-  
theatro iuncta fuisse Cassiodorus uult. eam partem, que nunc extat, colo-  
seus dicta. fuisse harenam. Similes enim illi que nunc uerone una, polle-  
illiriorum altera, integre extant: dicuntur harena. Altera autem, pars  
& maior: & certiore uocabulo amphitheatrum appellata: simul cum optimis  
reipublice temporibus: uetustate, & ipso pondere subsedit. Idque certo

ostendere testimonio uolumus. Theoderico ostrogotho rem romanam  
tenente: & pro ut sepe diximus, paterno fauente affectu, Senatus po-  
pulusque romanus, menia cupiens instaurare: que partim uisigothi aperu-  
erant: partim uetustate collapsa erant: saxa amphitheatri indictam in-  
stauracionem petiit. quibus sic Rex ipse respondit. Optabilis nobis est  
& grata deuotio, que bonam precessit iussionem & merito acceptum ui-  
detur: si id quod possumus imperare, poscitur. Felicitas igitur regna-  
tis est, famulantes amare, quod expedit: quando labor cogitationis nobis  
aufertur, dum subiecti sibi pro futura disponunt: atque ideo suggestionis  
uestre tenore comperto: quanta caritate curam in communiendis mem-  
bris suscepistis, absolutam huius rei uobis censemus esse licentiam. Nec  
quicquam de hac re uereamini. Vnde gratie expectare premia mox debetis  
uestra enim munitio, nostra est nihilominus fortitudo. Et quicquid uos  
ab incerto eripit, famam nostre defensionis extendit. Saxa ergo que  
sugeritis de amphitheatro longa uetustate collapsa, nec aliquid ornatui  
publico iam prodesse: nisi solas turpes ruinas ostendere: licentiam uobis  
eorum: in usus dumtaxat publicos, damus: ut in murorum faciem surgat  
quod non potest prodesse si iaceat. Quocirca perficite confidenter quic-  
quid cautio ad munimen: quicquid ornatus expetit ad decorem: tantum  
steturi gratum fore quod facitis: quantum exinde gratia se nostre ciui-  
tatis extulerit. Fuisse autem tenemus, & affirmamus: ipsam amphi-  
theatri oblongam partem & nunc demolitam: inter harenae que nunc extat  
partem dirrutam: & arcum Constantini, atque ingentes ruinas, que ad  
primas Celi montis radices, proxime insurgunt: quas quidem ruinas  
fundamenta curie hostile fuisse tenemus. Nec moueat quempiam: nul-  
la nunc fundamenta: nullas ruinas uideri illius amphitheatri: cuius ro-  
tunditatem prolixam appellat Cassiodorus, quod populus romanus, a  
Theoderico permissus, illa in murorum instauracionem funditus aspor-  
tauit: cuius rei tanta per singulos dies uidemus exempla, ut ea solummodo  
causa, nos aliquando rome fastidiat habitatio. Multis enim in locis uine-  
as uidemus, ubi superbissima uidimus edificia, quorum quadrati lapi-  
des tiburtini in calcem sunt concocti. In ea amphitheatri rotunditate  
prolixa adulteria, incestus, & cetera luxurie incitamenta: aut effemina-  
tes ludi edebantur. Sed maxime crudelitatis exempla: certaturi cum  
feris male auari homines: morti obiciebantur. Idque item ex Cassiodoro  
libet ostendere. Theodericus namque Rex rauenne agens, cum omnia



ferunt & populo romano permitteret: que & stante re publica: & a principibus instituta fuerant pugnam item in amphiteatro more solito cum bestiis concessit cuius epistolam/quia & ipsum spectaculum & ea omnia que supra sunt posita continet inseruimus. Si consularem magnificentiam prouocat/qui pro incerta corporum flexibilitate luctatur. Si organo canentibus redditur uicissitudo premiorum: si uenit ad pretium delectabilis cantilena: quo munere uenator explendus est: qui ut spectantibus placeat/suis mortibus elaborat. uoluptatem prestat sanguine suo/& infelici sorte constrictus: festinat populo placere: qui eum non optat euadere. Actus detestabilis/certamen infelix: cum feris uelle contendere/quas fortiores se non dubitat inuenire. Sola est ergo infalendo presumptio/Vnicum in deceptione solatium/qui si feram non mereatur/effugere/Interdum nec sepulturam poterit inuenire. Adhuc superstitie homine perit corpus: & antequam cadauer efficiatur/truculenter absuntitur: captus fit esca hosti suo: & illum: prohdolor: satiat: quem se perimere posse festinat. Spectaculum tamen fabricis clarum: Sed actione teterrimum/i honorem scytice diane repertum: que sanguinis effusione gaudebat. O/misere deceptionis errorem: illam desiderasse colere/que morte hominum placabatur. Primum sibi per lucos & siluas agrestium populorum uota/uerationibus dedita. hanc triplicem deam falsa imaginatione finxerunt: ipsam in celo lunam: ipsam in siluis Dianam ipsam apud inferos proserpinam esse affirmantes: sed solum heredi potentem/non improbe forsitan/extimuerunt/qd tali falsitate decepti: in profundas heredi tenebras/cum suis erroribus intrauerunt. Hunc ludum crudelem: sanguinariam uoluptatem: impiam religionem/humanam ut ita dixerim teritatem: athenienses primum ad ciuitatis sue inducere culturam: iustitia permittente diuina: ut ad derisionem spectaculi perueniret: quod pro falso religionis ambitu inuenissent. Hoc Titii potentia principis/diuitiarum profuso flumine cogitauit/edificium fieri: unde caput urbium patuisset: & cum theatrum/quod est emisperium/grece dicatur amphiteatrum: quasi in unam iuncta duo uisoria recte constat esse nominatum: qd speciem eius harena concluderet: ut & curretibus aptum daretur spatium: & spectantes omnia facilius uiderent /cum quedam rotunditas prolixa uniuersa collegerat. Itur ergo ad talia que refugere deberet humanitas. Prunus ergo fragili ligno confusus concurrit ad ora beluarum: & illud quod cupit euadere magno impetu uidetur

appetere. Pari in se cursu festinant/& predator & preda: nec aliter tutus esse potest/nisi huic quem uitare cupit occurrerit. Tunc in aere saltu corpore eleuato/quasi uestes leuissime/supinata membra iactatur & quidam arcus corporeus: supra beluam libratus: dum moras discendi facit: sub ipso ferocitas ferina discedit. sic accidit ut ille possit mitior uideri/qui probatur illudi. Alter anguis in quadrifaria mundi distributione compositis: notabili facilitate presumens/non discedendo fugit: non se longius faciendo discedit: sequitur in sequentem /partibus se reddens proximum: ut ora uitet urforum. Ille in tenuem angulum uentre suspensus/inuitat exitialem feram: & nili periclitatus fuerit: nil unde uiuere possit acquirit. Alter se gestabili muro canarum contra seuissimum animal eritui exemplo receptatus includit: qui subito intergum suum refugiens/intra se collectus absconditur: & cum nusquam discesserit/eius corpusculum non uidetur. Nam sicut ille ueniente contrario/reuolutus in speram naturalibus defensatur aculeis/Sic iste consiliis crate precinctus/munitior redditur/fragilitate canarum. Alii tribus ut ita dixerim dispositis hostiolis/paratam in se rabiem prouocare presumunt/inpatientia area cancellolis se postibus occultant: modo facies modo terga monstrantes: ut mirum sit euadere/quos ita respicitis per leonum ungues/dentesque uolitare. Alter labenti rota feris offertur/eadem alter erigitur: ut a periculis auferatur. Sic hec machina ad infidum mundi formata qualitatem/istos spe refouet: illos timore disrutiat. Omnibus tamen uicissim ut decipere possit arridet. Longum est per tot periculorum casus sermonibus euagari: sed apte iungendum est/quod ait de inferis mantuanus: quis scelerum comprehendere formas. Quis omnia penarum percurrere nomina possit. Sed uos quibus necesse est talia populis exhibere/Largata manu fundite premia/ut hec miseris faciatis esse uotiuu. Nedum autem male auari homines in amphiteatro cum bestiis pugnaturi pretio publice accipiebantur. Sed multi capite damnati & plurimi in bellis capti/illuc cum feris pugnando mortem optere cogebantur: & de damnatis quidem duobus/qd dum ad id certamen portarentur: mortem sibi prius conscuerint: Seneca est testis. Claudius autem imperator pacatis egyptis: cum militum non parua manus: ob affluentiam opum rebellasset/partem illorum ut superiorum occidit: partem romam misit cum bestiis pugnatorios. Iulius Capitolinus hanc romani populi crudelitatem honestare uolens in Puppieni & Gabi

*Aut qui gladi  
erant*



in gestis rebus sic scribit. Vnde autem tractum sit: ut proficiscentes ad bellum imperatores / munus gladiatorium & senatus darent / breui dicē / dum est. Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionem factam contra hos / tes / ut modo sanguine litato specie pugnarum seueriores uim quandam fortune satiarent. Ituros autem ad bellum romanos / debuisse pugnas uidere: & uulnera & ferrum: & nudas inter se cohortes: ne timerent / aut uulnera & sanguinem horrerent. Eius autem seuisissimi instituti causa / consueuerat ituri ad bella exhibere / inspectaculis multa gladiatorū paria & quo quisq; ditior erat: eo plura exhibebat. Sed Gaius Cesar lege faciuit quot paria a quoq; pro prouincie sibi cōmisse magnitudine deberent exhiberi: Habuisse etiam aliquando amphitheatrum mitiora spectacula hinc constat: q̄ Domitianum Imperatorem scribit Suetonius edidisse ludos & spectacula / ratibus in amphitheatro aquis quantum oportuit inundato. De his que ad amphitheatrum spectant: uel totum: uel eius partē quā tenemus demolitā esse satis ē dictū. **N**ūc aliqua dicamus de harena illius parte nunc ut tenemus sub nomine colosēi extante. Harena quare is locus sit dictus: nullo i loco iuenimus: tamē cōiicimus ex actu uocabulū originem habuisse. Eo namq; in caueo loco honestissima palestre certamina edebantur. Eratq; sparsum solo sabulum: in quod certantes sine lesione caderent: & nudati perunctiq; membra pugiles ut solidiorem uicissim prebere ac amplexum / eo puluere perfundebatur. Indicat id Plinius libro trigesimo secundo de puluerum uarietatibus tractans cuius hec sunt uerba. Non multum a puluere puteolano emari tenuissima harena sui parte / nec ad iustitanda maria / fluctusq; frangē / dos: sed ad debellanda corpora palestre studiis. Inde certe Picrobio Neronis principis liberto aduehebatur: Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexandri magni ducibus / sabulum hoc portari cum reliquis militaribus commerciis repperio. Harenae munerum impensam ab utroq; ordine / senatorio scilicet & equestri: collatis in capita nūmis fieri solitam inuit. Suetonius in uita Tiberii imperatoris: cuius hec sunt uerba. Ex iuuentute utriusq; ordinis profligatissimus quisq; quominus in opera scene harenaq; edenda senatusconsulto tenerentur / famosi iudicii notam sponte subibant. Meminit harenae Helius Lampridius in uita Commodi Antonii his uerbis. Amazonius autem uocatus est ex amore concubine sue Martie / quam pictam in amazone diligebat: propter quā & ipse in amazonico habitu in harenam romanā procedere

harena

uoluit. **D**einceps circos describere aggrediamur. Eos in urbe tres fuisse Maximum. Appollinarem. & Neronis: nec plures: constat. De eo qui Neronis est dictus / pauca scribit Plinius / ubi de tertio obelisco tractat qui erat estq; nunc i uaticano. Illum enim dicit fuisse in Neronis circo sicut supra de obeliscis tractantes diximus. Circū qui postea maximus est appellatus: a Tarquino Rege scribit Lilius in primo edificatum fuisse: his uerbis. Tunc primum in circo qui nunc maximus dicitur / designatus est locus / diuisa loca patribus / equitibusq; urbis: ut spectacula sibi quisq; facerent / fori appellati. Eosdem autem foros opus maximum de quo romanus populus spectaret: que in circo munera edebantur / Tarquinum cui Superbo fuit cognomen extruxisse. Lilius item in primo sic scribit. foros in circo faciendos / cloacamq; maximam / receptaculum omnium purgamentorum urbis / sub terrā agendam: quibus duobus operibus: uix noua hec magnificentia quicq; adquare potuit. Sed ad quid is circo fuit a principio institutus: ostendit superiore loco Lilius / postq; dixit diuisa loca patribus equitibusq; urbis / ut spectacula sibi quisq; facerent: continuat spectauere furcis / duodenos a terra spectacula alta sustinentibus / pedes: ludicrum uit: equi pugilesq; / extruria maxime acciti solemnnes. Deinde annui mansere ludi romani magniq; uarie appellati. De circo aliqua habet Cassiodorus que duximus inferenda. Circo a circuitu dicitur / Circēses quasi circuēses: propter quod apud antiquitatem rudem: que necdum spectacula inornatum deduxerat fabricarum / inter montes & flumina locis uirentibus age / rentur: nec illud putetur irritum q̄ metarum circuitus ouorum erectionibus ex primatur. quando actus ipse multis superstitionibus grauidus / ouo exēplo geniturum se aliqua profiteretur. & ideo datur intelligi uoluitantes atq; inconstantissimos inde mores nasci quos ciuium moribus aptarent. Cetera circi romani longum est sermone decurrere. dū omnia uideantur ad causas singulas pertinere. Hoc tantū dicimus omnimodo stupendum: q̄ illic supra cetera spectabilia feruor animorū in / consulta grauitate rapiat: trāsit Prassinus / pars populi meret: precedit uentus: & potior turba ciuitatis affligitur: nihil proficientes feruēter insultant / nihil patientes grauiter uulnerantur / & ad inanes contentiones sic descenditur / tanq̄ de statu conditionis patrie laboretur. Eo in circo: carceres locum in quo equi & bige & quadriga cursu decertature continerentur / fuisse edificatos: quo anno priuernum a Romanis

De Circo



obsidebatur / scribit Liuius in octauo: obseruatum autem fuisse togili-  
mis postea temporibus / ut in ludi in circo maximo fierent / multis legi-  
mus in locis . Suetonius in uita Gai Cesaris : Circensibus spatio circi  
ab utraq; parte producto: & in girum euripo addito / quadrigas / bi-  
gasq; & equos desultores agitauerunt nobilissimi iuuenes troiani / au-  
sit turma duplex: & maioru & minoru puerorum . Huius ludi origine  
Virgilius in quinto sic describit . Hunc morem sacrorum / atq; hec cer-  
tamina primus . Ascanius longam muris cum cingeret albam . Retulit  
& priscos docuit celebrare latinos . Quo puer ipse modo secū / quo tro-  
ia pubes . Albani docuere suos: hinc maxima porro . Accepit Roma: &  
patrium seruaui honorem . Troiaq; nunc pueri: troiani dicitur agmē  
Et tamen aliter sentire uidetur Cornelius Tacitus / cuius sunt hec uer-  
ba . Ea; offensio altius penetrabat: q; idem trāsea patau unde ortus  
erat / ludis cetastis a Troiano Antenore institutis / habitu tragico ce-  
cinerat . Suetonius uero in uita Octauii Augusti . In circo aurigas  
cursoresq; & confectores beluarum / & unumquemq; ex nobilissima iu-  
uentute / produxit: sed & troie ludum edidit frequentissimum maioru  
minorumq; puerorum: prisci decoris morisq; / estimans / clare stirpis  
indolem sic notescere: Et in gallicula Suetonius: ediditq; circenses / plu-  
rimos a mane usq; ad uespera . . . interiecta / modo africanorum uena-  
tione: modo troie deturione . & quosdam precipuos: minio & Criso-  
cholla constrato circo: nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus .  
Claudii etiā iperatoris gesta describēs Trāquillus . Circēses frequē-  
ter etiam in uaticano conimisit non nunq; interiecta etiam perquinos  
missus uenatione . Circo uero maximo . marmoreis carceribus aure-  
atisq; metis que utraq; & tofina & lignea ante fuerant / ex culto: pro-  
pria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis: ac super qua-  
drigarum certamina / troie ludum exhibuit . Circi maximi locus: & si  
omni edifitiorum ornatu omnino denudatus est: & in ortos mutatus:  
optimis habundat holeribus / tamen retinet nomen / sub ruinis palatii  
maioris / & si forte aliquis addubitauerit: edocet locum Cornelius Ta-  
citus: ubi incendium illud describens / quo Neronis temporibus urbs  
Romana pene tota conflagrauit / sic scribit . Initium in ea parte circi  
ortum / que Palatino Celioq; montibus / contigua est . Habuit autem  
circus maximus circa se preclarissima quedam edifitia . In primis edē  
Veneris: quam Liuius libro decimo dicit . Fabium Gurgitem Consulis

itus Maximus

filium aliquot Matronis stupri damnatis / ex eo mulctatio ere / extrux-  
isse: Et sicut Plinius libro uigesimo quinto scribit: edes Cereris apud  
circum maximum fuit . Liuius item in bello macedonico scribit edem  
iuuentutis in circo maximo Gneum Licinum duumuirum dedicasse .  
Ouidius uero scribit / templum Mercurii spectasse circum maximum .  
Suntq; uersus ea in parte fastoru cuius est initium . Clare nepos Athla-  
tis . Vbi infra sequitur . Templā tibi posuere patres spectantia circū  
ydibus ex illo est tibi festa dies . Habet etiam ouidius in sexto fastoru  
Columnam breuem marmoream fuisse post circum / ad quam Romani  
ad bella profecturi / hastam proiebant / eam partem uersus / inquam  
ituri erant . Suntq; hec carmina . Prospicit a tergo summū breuis area  
circum . Est ibi non parue / parua columna note . Hinc solet hasta manu  
belli prenuntia mitti . In Regem & gentes / cū placet arma capi . Erat  
etiam altera in parte circi / templum Herculis: in quod nec canes / nec  
musce intrabant: quod templum Silla iussu Sibille fecit . Ouidii carmi-  
na . Altera pars circi / custode sub Hercule tuta est . Quod de  
us euboico carmine munus habet . Si titulos queris Silla probauit opus  
Plinius autem serio reddit causam / quare canes Herculis templum nō  
ingrediebantur: quam quia iocunda est obmittere nolumus . Dicit enī  
Clauam Herculis cum qua eo in templi loco Cachum occiderat post pri-  
mas eius templi ualuas fuisse locatam: cuius odore . & non immerito  
absterrentur canes . Nescio autem an & musce ipsi horruerint  
clauē odorem . Circi flammīni . M . Varro hāc ponit originem . Circus  
Flammīnius dicitur: qui circum edificatus est Flammīnum campum: &  
quib; quoq; ludis tauris / equi circa metas currunt . Liuius libro ter-  
tio cum legem latam scribit: ne cui fraudi esset secessio / a decēuiris fac-  
ta: sub iungit sic . Ea omnia in pratis flammīniis consilio plebis acta:  
quem nunc circum flammīnum appellant . Plinius autem libro tricesi-  
mo quarto scribit sic . Inuenio a consulatu Octauii qui de perseo Rege  
naualem triumphum egit / factam porticum duplicem / ad circum flam-  
mīnum: que corinthia sit appellata / a capitulis ereis columnarū . estq;  
is circus flammīnius de quo superiori loco / portam indicantes collinam  
diximus . Liuium scribere in libro ultimo de bello macedonico / cū dicit  
ita habundasse tiberim: ut ludi appollinares circo inundato extra portā  
collinam portati fuerint . De pratis autem flammīniis: sic habet Liuius  
item in tertio . Itaq; inde consules ne criminationi locus esset in prata

Columna belli

Circus Flammīn



flamma: ubi nunc edes Appollinis est: iam tum Appollinarem appel-  
labant: aduocauere senatum. De cursu autem equorum: quos Varro  
dicit in circo flaminio ludis tauris circum metas currere: sic habet  
Ouidius ad fastorum secundi libri finem. Iamque due restat: noctes de  
mense secundo. Marsque citos iunctis curribus urget equos. Ex uero  
positum permansit ecuria nomen. Que deus in campo prestitit ipse suo.  
Et Marcus Varro de ecuria sic habet. Ecuria ab equorum cursu. Eo  
enim die ludis currunt in martio campo. De hoc Cassiodorus in episto-  
la cuius partem ultimam superiori de circensibus loco posuimus. Postquam  
id ludicrum quo equi iunctis curribus currebant. multum laudauit: sic  
subiunxit. Primum hoc apud Helidem asie ciuitatem ynomaus fertur  
edidisse: quod postea Romulus in raptu sabinarum: necdum fundatis  
edificiis: ruraliter ostentauit italie. Sed mundi dominus ad potentiam  
suam opus extollens: mirandam etiam Romanis fabricam in uallem  
Martiam terendit Augustus: ut immensa moles firmiter precineta  
montibus. contineretur. Eadem uero in epistola satis inuuit Cassiodo-  
rus: solitos ab Augusti mausoleo sex portis. dimitti iunctos. currus.  
qui per ecuriam in flaminium. circum currerent: ut constare creda-  
mus: locum cui nunc agoni est nomen: circum fuisse flaminium. Nam  
si aliquis: quod nos aliquando fecimus: postremam montis citatorum  
partem conscenderit: & oculo metietur: profecto intelliget ab Au-  
gusti sepulcro rectam fuisse uiam: edificatis nunc. contectam: que ducet  
ad ecclesiam sancte Marie in ecuria: appellatam. Ab ipsa aurem  
ecclesia in circum flaminium: nunc agonem: recta: breuis: & usu  
expeditissima nunc est uia. Nec dubitamus qui ea capi primo: & postea  
circa flaminii causa factum sit: ut uia que ab illis ad monumenta Au-  
gusti: & ad proximam olim flumentanam: nunc populi portam ducit:  
dicta sit flamma. Vtrum uero eadem ratione: & regio italie nunc  
romani diola: a foro Cornelii: nunc ymola ad pisaurum. & uia: omnis  
ab ipso foro: usque in urbem romam: flaminie habuerit cognomen: in-  
certum esse: huic magis. angimur animo: quod omnium flaminie urbium  
spetiosissima: forum. Lium nos genuit: aluitque: & forte nunc ad eandem  
in urbe. Roma sub citatorum monte flammiam incolimus uiam. De  
mutatione nominis circa flaminium in agonem parum admirari debent:  
qui nouerint agonis uerbum: commune esse cuilibet actioni: quocumque  
in loco publice instituat: & in tanta tamque obscura omnium appellati-

onum mutatione: quantam fecerunt Romane urbis edificia. hec satis  
uidetur toleranda: cum locus ipse nedum florente Roma: multorum  
ludorum spectaculorumque agones habuerit. Sed nostris quoque tempo-  
ribus: si quis attente considerauerit: Ludorum quoque appollinarium si-  
militudinem representet. Que enim carnis priuii extremo: Iouis die  
in circo eduntur spectacula: originem habuisse uidentur ab appollinari-  
bus ludis: de quibus Macrobius in saturnalibus sic scribit: Bello enim  
punico huius ludi ex sibyllinis libris: primum sunt instituti: suadente Cor-  
nelio Ruffo decemuiro. Et infra. Censuerunt patres Appollini lu-  
dos inuendos faciendosque. Inque eam rem duodecim milia eris preto-  
ri & duas hostias maiores dari decemuiris preceptum: ut greco ritu his  
ce hostis sacrum facerent: Appollini boue aurato: & capris duabus  
albis auratis. Latone boue femina aurata. Ludos in circo populus corona-  
tus spectare iussus. Qua autem ratione uel coniectura ducti affirmaue-  
rimus: esse ludorum appollinarium similitudinem: que nunc etiam pre-  
dicto tempore seruetur: libet ostendere. Vidimus ex Titii Lium ter-  
tio: senatum fuisse aduocatum in prata flaminia: ubi postea iuit edes  
Appollinis: & iam tum appollinarem appellabant. Pandulfus autem  
Lateranensis ecclesie hostiarius. quod Petrus obmiserat bibliotecarius  
habet Hadrianum primum pontificem Romanum: edificasse sancti  
Appollinaris ecclesiam: ubi prius Appollinis edes fuit: quod quidem  
nulla alia ratione factum uidetur: quam ut celebri: tunc in urbe loco Ap-  
pollinaris: & loci & edis appellatio: a ritu gentilium celebris. tractu  
temporis: in sancti Appollinaris presulis: rauennatis memoriam: uer-  
teretur: sicut in pantheonem proximo: illi loco: haud diu antea omnium  
ydolorum: quibus id templum erat dedicatum: cultus: in omnium christi  
domini martirum memoriam fuerat mutatus. Iam tandem quarte  
distributionis nostre parti manum apponentes: minutiora & uariis dif-  
fusa locis ostendere aggrediamur. Prima tamen erit Neronis do-  
mus: de qua Suetonius sic scribit. Domum a palatio: exquitas usque fe-  
cit: quam primo transitoriam: mox incendio absumptam restitutamque  
auream nominauit: decuius spatium atque cultus: suffecerit hec retulisse.  
Vestibulum eius fuit: in quo colosseus centum uiginti pedum staret:  
ipsius effigies tanta laxitas: ut porticus triplices miliaris haberet. Itē  
stagnum maris instar: circumseptum edificatis ad urbium spectem. Ru-  
ra insuper aruis atque uinetis. & pascuis: siluisque: uaria cum multitudine

Appollinaris

De Domo H



omnis generis pecudum ac ferarum. In ceteris partibus cuncta auro  
lita distinctaq; gemmis / unionumq; chonchis erant: cenationes laque  
ate / tabulis eburneis / uersatilibus ut flores fistulis / ut ungenta desup  
spargerentur. Precipua cenationum rotunda que perpetuo diebus ac  
noctibus uite mundi circumagerentur / balinee marinisq; & albulis  
fluentes aquis. Eandem domum cum absolutâ dedicaret: eatenus com  
probauit: ut se diceret / quasi hominem tandem habitare cepisse. De  
ipsa item domo Cornelius Tacitus ubi incendium Rome describit sic  
habet. Eo tempore Nero antiu agens / non ante in urbem ingressus est  
q̄ domui / qua palatium & Mecenate hortos continuauerat / ignis pro  
pinquaret: neq; tamen sisti potuit / quin & palatium & domus / & cuncta  
circu ureretur. Et infra. Ceteru Nero Nixus est patrie ruinis extru  
ere domum: in qua haud proinde gemme & aurum miraculo essent /  
solita pridem / & luxu uulgata q̄ arua & stagna: & in modum solitudinū  
Hinc silue inde aperta spatia & prospectus. Eam in domum Nerone  
inclusisse edem fortune / que ex lapide pηγynde translucente edifica  
ta: foribus clausis / claritatem diei intus haberet. Scribit Plinius tri  
gesimo sexto: idemq; in trigesimo quarto dicit. in auree domus ne  
ronis solaris / aues ex argento mirabili opere sculptas fuisse. Vbi  
autem fuerint porticus triplicis miliarie / ubi stagna silue & arua:  
tenui possumus assequi coniectura. q̄ illis in eisdem locis / excelsa am  
plissimaq; postmodum edifitia fuerunt edificata. Namq; id totum  
domus auree spatium fuit / ab ea parte palatii que nunc monasterium  
sancti Gregorii eregione respicit recta / ueniendo per Constantini ar  
cum triumphalem / colosseum & Traiani forum: quousq; domum nunc  
cardinalis Columne sub Mecenate turre pertingimus. Sicq; septimo  
mum. arcum Constantini amphiteatrum: & Titi Vespasiani thermas  
Traianiq; forum: diuersis postea temporibus: dirute domus auree:  
solum / arua: siluas: stagnaq; occupasse oportebit. Primum qui tante  
mutationi manum apposuerit fuisse uidemus Titum Vespasianum /  
de cuius occupatione Nerone stagnorum / fidele supra posuimus Mar  
tialis testimonium. Hic ubi conspicui uenerabilis amphiteatri. Erigi  
tur moles: stagna Nerone erant. Vtrum autem Titus colossus / qui  
in domus auree porticu erat / intra amphiteatrum edificando conclu  
serit: An postea illuc transtulerit: aut prope illud stare permi  
serit / incertum habemus: & tamen constat nobis id colossus multis

temporibus ad amphiteatrum fuisse / a quo uulgus totam eam molem  
postea colosseu appellauit. Helius Lapidius / in Antonini Comodi uita  
scribit. Colossi q̄ autē Nerone caput depressit erat / ac suū imposuit / &  
titulu more solito subscripsit. Nos quoq; caput Comodi: in numis  
matibus noscentes: uidemus id eneam & certe maximum caput: quod  
nunc ad lateranensem basilicam cernitur / fuisse illud quod spurcissimus  
ipse Commodus / flagitiosissimi Nerone capiti subrogauit. Secundus  
autem Traianus Imperator forum extruxit: de quo Ammianus Mar  
cellinus libro sextodecimo sic habet: Verum cum ad Traiani forum  
uenisset / singularem sub omni celo structuram / ut opinamur eternam  
uenium ascensione mirabilem: herebat Antonius / per gigantes con  
textus circumferens mentem / nec relatu effabiles: nec rursus mortali  
bus appetendos. Omni itaq; spe huiusmodi quicq; conadi depulsa. Tra  
iani equum solum locatum in atrii medio / qui ipsum principem uehit:  
Imitari se uelle dicebat & posse: cui prope adstans / Regalis ormisda  
cuius ex perfide discessum supra monstrauius respondit: ante stabulu  
tale condas. Ex omnibus uero que insignis tot tantorumq; edifitorum  
structura habuit partibus / unica extat integra Coclis columna / boni  
prestatissimiq; principis / res gestas mirabili opere in sculpta / ad cuius  
basim incise littere ostendunt / terreum collem: qui eius turris altitu  
dinē equaret: ut area fieret plana / ide operibus effossu asportatiq;  
fuisse. In eius excelsi fori mirabilibus ruinis: Simachus primus papa  
ecclesias sancti Basilii & item sancti Siluestri: & Martini extruxit. Bo  
nifatius autem octauus / tres turres que nunc integre extant: ad eas  
dem ruinas edificauit. Quarū que media / inde militiarum turris est  
dicta: q̄ cellis super edificata est: in quibus Traiani principis milites  
continebantur. Quod autem Traianus ipse Imperatoris Nerue / a  
quo fuit adoptatus / memoriam euperet conseruari / predictam fori sui  
molem / Nerue ipsius foro / atrioq; coniunxit: in cellis quorum prius  
ad eam partem / que in sancti Hadriani ecclesiam uergit: & ubi nunc  
uulgi corruptela dicitur / archa Noe / Littere etiam extant cubitales  
Nerue titulos preferentes. Id uero Nerue forum / fuisse transitoriu  
appellatum Helius Spartianus in Alexandri Seueri uita indicat his  
uerbis. Statuas iacosas uel pedes tres nudas / uel equestres diuis impe  
ratoribus in foro diu Nerue / quod transitorium dicitur locabat / om  
nibus cum titulis & columnis ereis / que gestorū ordinem continerēt



Sed quare transitorium sit dictum id forum coniectimus: quod ex eo ad alia propinqua atque contigua fora transfiretur ad magnum uidelicet romanum: & ad Traiani forum. Vnde ecclesia que est sancti Hadriani ab Honorio primo pontifice romano temporibus Phoece Imperatoris edificata in tribus foris a bibliothecario appellatur: quod ipsius ecclesie locum ad dicta tria fora pertinuisse uideamus. Est autem ipsi sancti Hadriani ecclesie propinqua alia ecclesia sancte Martinelle nunc appellata: quam uulgo fertur in martis templo fuisse edificatam. Sed quod templum ibi Mars habuerit ignoramus: & tamen uidemus ipsa in ecclesia: cohortem romanam militum marmore ad instar hominis figuram incisorum: cuius uexillifer labrum pro insigni habet: que ornamenta nullum aliud magis quam Martis templum decebat. Est ite eide propinqua loco: statua ingens marmorea iacens. Mars fori nunc uulgo appellata quam peritiores romani perhibent Ioui Panario fuisse dedicatam: argumentoque afferunt: quod marmoree statue stratum: tanquam panibus marmoreis uideatur obiectum: dicuntque eam statuam ideo positam esse: ut memoriam referret panis quem maiores a senonibus gallicis in capitolio obsessi cum fame perirent: in hostem ut mentitam copiam rerum pretenderent proiecerunt. Cuius rei ueritatem aliorum qui melius quam nos sciunt iudicio inquirimus. De septizonio autem quod in domus auree solo diximus fuisse edificatum: uarie scribi uenimus. Id autem est edificium ante beati Gregorii monasterium: cuius magna ex parte demoliti tres columnarum ordines inuicem superpositi nunc uisuntur. Fuit uero Seueri Africi imperatoris sepulcrum de quo Helius Spartianus dicit: opera eius publica Rome precipua extant Septizonium & thermie serueriane & paulo infra Idem Spartianus. Cum Septizonium faceret: nihil aliud facere cogitauit quam ut ex affrica uenientes suum opus cernerent: & medium simulacrum eius locatum addidit palatinis edibus. Is regium arcum ab ea parte facere uoluisse perhibetur quod etiam post Alexander cum uellet facere ab aruspibus dicitur esse prohibitus: cum hoc sciscitans non litasset. Iustus uero Capitolinus in Antonini rege qui fuit dicti Seueri filius uita dicit. Illatus est maiorum sepulcrum hoc est Seueri: quod est in appia uia uentibus ad partem dextram spetie septodii extructum: quod ille sibi uiuens ornauerat. Et septodium sicut Iulius Capitolinus appellat nouimus grecos dixisse locum ad quem quibus frequentatum multe perducantur.

une: cui nunc Iodie est appellatio: ut uideatur innuere Capitolinus Seuerum sibi parauisse sepulcrum: ad quod ciues sepe numero conuenerent. Quare autem a Spartiano septizonium appelletur intelligere nequimus. Estque nostra opinio eo in uerbo librarios errauisse: & septizonium pro septodium posuisse. Sed uidemus eos qui a mille annis citra romanorum pontificum gesta scripserunt appellare paruam nunc & integram ecclesiam: illi septizonio subiectam atque propinquam: que est cardinalatus titulus: Sanctam Luciam in septasolis. Cuius appellationis rationem haud quam nostro iudicio absurdam reddere possumus: quod inuenerimus fuisse in eius columnaris edificii summitate: idolum solis eximium: radios oblongos auratosque ad caput habens: & quod aspiceret colossam: a quo Neronis colosseum diximus appellari. Idem Seuerus arcum triumphalem habuit: sibi & Marco Aurelio communem: a senatu populoque romano positum: qui nunc integer ad sanctum Hadrianum sub capitolio cernitur. Estque titulus Imperatori Cesari. L. Septimio. M. F. Seuero: Cetera sunt nota. De arcu Constantini quem in Neronis stagnis edificatum fuisse diximus: pauca dicere expedit. quod in eo nunc integro talis titulus habetur. Imperatori Cesari Flauio Constantino Maximo Publici filio Augusto Senatus Populusque Romanus. quod instinctu diuinitatis: mentis magnitudine: cum exercitu suo: tam de tyranno: quam omni factione: uno tempore: iustis rem publicam ultus est armis: arcum triumphis insignem dicauit. Postquam de Neronis domo: & maximis que in eius demolite loco constructa fuerint edificis: dictum est satis: ut uulgi errorem habere uidemus: id quod Traiani forum esse docuimus Gaii Iulii Cesaris domum non fuisse: ipsa Cesaris domus ubi fuerit ostendemus. Primum Suetonius in illius uita scribit: habitauit primo in suburra: modicis edibus. Post autem pontificatum maximum: in sacra uia domo publica. Et Plinius libro .xix. Cesar dictator totum forum romanum: uiamque sacram a domo sua in diuum usque capitolium in munere gladiatorio Linteis contexit. Fuitque ipsa domus quam Octauius Augustus a Liua nepte nimis sumptuose ornata: sicut Suetonius scribit: ad solum dirut fecit: in cuiusque area postea porticus Liua fuit. De qua Ouidius sexto Fastorum sic ait. Disce tamen ueniens etas ubi Liua nunc est. Porticus: immense tecta fuisse domus. Ad eamque porticum scribit Plinius Vespasianum pacem suam edificasse. Pantheum quod templum describere supra polliciti fuimus a Marco Agrippa

edificatū fuisse : titulus in frontispitio adhuc ostēdit . Plinius in libro  
trigesimoquarto sic scribit . Syracusana sunt in pantheo capita colum-  
narum a Marco Agrippa posita . Id templum Spartianus dicit ab Ha-  
driano fuisse instauratum : & minores in frontispitio edocent littere /  
eandem instauratorem a Lutio Septimio / & Marco Aurelio Antonino  
fuisse factā . Macrobiusq; i saturnalibus magnitudinē describēs unionis  
quem Cleopatra in auribus gestabat / sic scribit . Ipse autem cuius fuit  
magnitudinis inde colligi poterat : q; qui superfuit postmodum / uicta  
regina & capta egipto / romam delatus disiectusq; est : & facte ex una  
margarita due : impositaq; simulacro Veneris / ut monstruose magnitu-  
dinis : in templo quod Pantheum dicitur . Bonifatius autem quartus  
pontifex Romanus a Foca Imperatore obtinuit id templum in honore  
beate Marie Virginis & omniū cristi martirū cōsecrari . Inde apud eos  
qui de cristianorum gestis in urbe Romā septingentis annis citra  
scripserunt / ea ecclesia aliquando ad martires appellabatur . Eius stu-  
pendum forniciem uetustate ipsa / & terremotibus scissum / ruinaq;  
minantem : tua pōtifex Eugeni opera impensa q; instauratum : & Char-  
tis plumbeis alicubi deficientibus coopertum / leta inspicit Roma . Et cum  
ipsa in signis ecclesia ceteras facile superans / multis ante seculis celsas  
quibus attollitur columnas habuisset : sordidissimis diuersorū questuū  
tabernis a quibus obsidebantur occultas / Emundate nunc in circuitu ba-  
ses & capita de nudate / mirabilis edititij pulcritudinem ostendunt .  
Accedūtq; decori /strate tiburtino lapide subiecta templo area / & que  
ad etatis nostrē campum martium ducit / uia . Quando autem nos ere-  
alio liberare cepimus / promissa item uici iugarii : Equimeli : Salina-  
rum loca indicemus . Et quidem de uico iugario : quid dicere possimus :  
nihil aliud est : q; quod Lilius in bello macedonico dicit / saxum ingens ex  
capitolio in uicium iugarium procidit / & multos oppressit . Nunc autē  
etiam seruat etas nostra / ut uicino in loco sub capitolio / ad eam partem  
que uersa est in Luti Septimij Scueri arcum triumphalem / & currus  
& iuga bouum fiant . De Equimelio Lilius quarto ab urbe condita cum  
Spuri Meli ex equestri ordine / ob cōcupitum regnum factam cēdem  
scripsisset / addidit Nec satis esse eius sanguinem expetitum / nisi tecta  
parietesq; / intra que tantum amentie conceptum esset / dissiparentur :  
bonaq; contracta pretus regni mercandi publicarentur : Iubere itaq;  
questores uendere ea bona atq; in publicum redigere : domum deinde

ut memorie area esset / oppresse nefarie reipublice diruit ex templo ius-  
sit . Id equimelium appellatum est . Lilius item in bello macedonico .  
Censores super equimelium in capitolio & uiam sternendam a porta  
Capena : & Marcus Varro in quarto de lingua latina . Equimelium / q;  
equata Meli domus publica q; regnū occupare uoluit . Is locus ad busta  
gallica / q; Roma recuperata gallorum ossa qui possederant urbem coa-  
ceruata aut consecrata . Salinas locum in quo sal populo uendendum con-  
seruaretur / fuisse ea in tiberis ripa / que a ponte nunc sancte Marie in  
Aruntinum pertinet . Lilius quarto de secundo bello punico ostendit  
Marcus Varro . Carceris . uerbi utm declarans sic habet : Carcer a co-  
hercendo : quod exire prohibetur / in hoc pars que sub terra / tullianū :  
ideo q; addita est a Tullo Rege . q; syracusis ubi saxa exesa conseruatur  
uocantur latome : & de Latumia translatum q; hic quoq; in eo loco la-  
pidicini fuerunt . Lilius autem i bello macedonico scribit / Marcum su-  
periorū Catonē qui dictus est Censorinus / in censura fecisse atria duo  
Martium & Ticiū in Latumia . Lilius item in sexto belli punici secu-  
di Incendium describens sic habet . Comprehensa postea priuata edifi-  
tia / neq; enim tunc basilice erant / comprehense latumie forumq; pesca-  
rium / & atrium Regium : edes uix Veste defensa . Ex quibus Varro-  
nis & Lilius uerbis dicere uolumus Latumias fuisse / ubi nunc est eccle-  
sia sancti Nicolai in carcere Tulliano / Et atrium Regium ibi propin-  
quam / ubi scilicet edes sunt quas sabelli gens uetusta & clarissima nūc  
habitat . Sicq; superiore loco proprie uidemus forum piscarium : &  
edem Veste descripsisse . Urgebat nos per hos dies interrogatione Ius-  
tinus Plancia iure consultus / & consistorialis aduocatus / ubi fuit summa  
Velia in qua cum habitaret Valerius Publicola Primus Consul / edes  
demolitus ad humiliora fori loca in habitanda se contulit . cui responde-  
mus Marcum Varronem cum palatium describens dixisset : q; a balatu  
ouium fuerit appellatus / addere huic germaltum & uellias contulerūt  
& infra Velie unde essent / plures accepti causas / in quibus q; ibi pasto-  
res palatini ex ouibus ante tonsuram inuentam uellere lanam sint soliti  
hanc ergo duximus Veliam fuisse ea in palatii parte in forum Romanū  
uersa / que iuxta palatium contra ecclesiam sancte marie noue cellior  
insurgit . Alia item multorum interrogatione sepe numero agitati fu-  
imus / quid mons ille fuerit / cui portam inter trigeminam / nunc sancti  
Pauli & tiberim : testarum laterumq; fragmētis aggerato / nūc mōti

*De Testareo mōti*





restatio est appellatio. Fama enim multis ante seculis continuata ha-  
bet eam montis molem/que proculdubio magna est: in id celsitudinis  
creuisse/ex urnis aliisque testatis/in quibus impero subditi romano  
populi: tributa romam pretulissent. Et quidem nos eam famam esse  
falsissimam: certius probare non possumus: quod quo auctore/qua insti-  
tutione id factum sit/edoce re. Quantum uero attinet ad fame fallitate  
norunt mecum qui romanorum res gestas legerunt. consueuisse questor-  
res in prouincias mitti/ quibus esset cure tributa exigere/ & siue legi-  
onibus instipendia distribuere: siue in erarium Romam deferre. Mar-  
cus Cato Uticensis/questor in asiam in cyprumque missus/abita a pro-  
uincialibus tributa/non fictilibus urnis gessit: quas homo legum ob-  
seruantissimus/intestacu montis exaggeratione confringeret: sed te-  
nacissimo consutos corio: sacculos in summa nauis puppi gestauit/sub-  
ro ea ratione longissimis alligatos restibus ut/ si naufragio ipse cum nau-  
tis perisset: supernatans subrum ostenderet infundo depositum: & a-  
missio prestanti ciue/ populo nihilominus romano tributorum pecunia  
superesset. Nec solum in externis prouinciis/ sed in italia etiam tribu-  
ta per questores exigebantur. Idque Macrobius in saturnaliis de fide  
seruorum erga dominos tractans indicat Asinio Pollione patuinos co-  
gente ut tributa conferrent/ & propterea dominis latitantibus/ ser-  
uorum nullus inuentus est/ qui libertate proposita dominum proderet.  
Sed obmissa inani & nostro iudicio superflua uane opinionis cofutatione  
quas ad rei ueritatem habemus coniecturas in medium proferamus.  
Plinius in libro trigesimo quinto multa dicit de figulis & plasticis: quo-  
rum opificum uis uerbi a greco interpretata significat eos uel ex terra  
uel gypso/ uel argilla aliquas similitudines/ & formas effigiare. Sed  
quod ad nostram facit intentionem maximum dicit usum fuisse fictiliu  
maioribus/ qui romanorum fundauerunt imperium: adeo ut deorum  
simulacra templorumque ornamenta: & ipsa parietum crustamenta/ ex  
fictilibus conficerentur. Suntque hec pauca Plinii de ea re uerba. Tu-  
rianum Aetium/ a fregeillis/ cui locaret Tarquinius priscus Iouis effi-  
giem in capitolio dedicandam/ fictilem fuisse eam: & ideo non mirari  
solere/ fictiles in fastigio templi eius quadrigas/ de quibus sepe diximus  
ab hoc eodem factum Herculem qui hodie quoque materie nomen in  
urbe retinet/ hec enim tum deorum erant effigies laudatissime. Nec  
penitet nos eorum qui tales deos coluerunt aurum enim & argentum/

ne in diis quidem conficiebant/ durant etiam nunc pluribus in locis talia  
simulacra fastigia quidem templorum etiam in urbe crebra & munita  
mira celatura & arte firmitateque factiore: auro certe innocentiore: &  
infra: Quaeque adhuc diximus: uel assiduitate faciant figularum opera  
& fictilibus dolis ad uina excogitatis: ad aquas tiberis/ ad balnea: ad  
recta costilibus laterculis. Atque Numma Rex septem collegia figularum  
instituit/ quin & defuncti sese multi/ fictilibus solis condi maluerunt/  
maior pars hominum terrenis utitur uasis. Marcus etiam Varro figo-  
los uno in loco fuisse indicat/ cum dicit Venerem myrteam fuisse iter  
figulos: & in myrteam ideo appellari/ quod in locus ille prius myrtis fera-  
cissimus esset: Et Sexti Ruffi urbis Romae descriptio habet in regione  
prima porta capena fuisse uicum uitrariorum. Cum itaque figularum ea  
esse opificii conditionem uideamus: ut longe ab aquis haberi non possit  
cum item eius artis purgamenta/ si nimis multa in aruis dispergantur  
ea reddant ceteris uisibus in utilia: Sin uero in flumen abiciantur: aut  
breui illud compleant: aut difficillime eruantur/ Prudenti consilio factum  
tenemus ut tam multa figularum collegia a Numma Rege instituta: in mir-  
tibetis: & secus fluum/ apudque uitrariorum uicum/ ibi fuerint locata  
ubi nunc testaceum inter montem & tiberim/ uineas uideamus et si Nu-  
me Regis temporibus: quando urbis romane imperium intra uigesi-  
mum lapidem coarctabantur. Figularum collegia fuerunt septem: qua-  
to plura credimus esse addita/ Romani populi multitudine/ non minus  
aucta quam fuerit imperium dilatatum. Hec omnia attente considerantes  
mirari solemus/ cur testatius mos supra fidem eorum qui non uiderunt  
arduis. non in alpe potius insurrexerit. Quae sunt uero nuper Lelius  
Vallensis noster iure consultus/ nunquid ludi thauri quos postremo  
carnispruii dominico die ad eum montem fieri spectabamus/ illi essent  
quorum meminit Marcus Varro/ cui nunc sicut polliciti fuimus respō-  
demus. Ludos quidem taurios ad postrema februaris mensis tempora  
romanos edere consueuisse. Sed quod ex parte superiore loco in ecurie  
& Circi flammii descriptione diximus/ licet ludi appellarentur tauri  
non tauri/ Sed equi curribus iuncti/ a campo martio per ecuriam cur-  
rentes: cum ad septem metas circumacti essent: in circum flammium  
ferebantur. Amplum & uastum nunc ingressi sumus campum/ Dispa-  
per urbem loca describendi: cui parti tantum abest: ut plene satisfacere  
posse confidamus: quod licet ea quae haecenus sunt scripta: multo minora



his que forent reliqua existimamus futura: tamē paucissima in posterū  
certa ostendere speramus: Siquis enim urbis Rome etatis nostre par  
tes singulas uel mēte uel oculis lustrando peruagabitur: ea que populo  
nunc & domibus frequētata sunt a nobis pene intacta intelliget: quod  
quidem nulla a nobis negligentia aut in aduertentia magis factum est/  
q̄ ne ignota impudenter asserere: aut impossibilia uarie & leuiter co  
nari compellamur. Libet tamē aliqua ex parte ipsam scribendi sine an  
tiquis & dignis fide testibus audaciam qualis futura fuerit ostendere.  
Ea in regione omnium presentis urbis populo frequentissime quam  
capitolo exquilis: campomartio: & pantheonē uidemus clausam eccle  
sia est sancti Marci: quam tuus Eugeni pontifex nepos Petrus gōte  
Barba patricius uenetus & sancte Marie noue Cardinalis inhabitat q̄  
Eam scribit Petrus bibliothecarius a Marco pontifi e Romano eius  
nominis primo: iuxta pallaturas fuisse edificatam: & licet multorum ut  
apparet in gentium olim edificiorum ruine: multa nunc cernantur fun  
damenta: quid tamen ille fuerint pallature ignoro. Proximā illi ecclesiā  
basilice duodecim apostolorum nunc inhabitat & cardinalatus titulo te  
net Bisarion ex constantinopoli grecus cui niceno uulgaris est appella  
tio. Quis uero ipsam edificauerit ecclesiam: aut que fuerint edificia/  
quorum ingentia apud eam cernuntur uestigia mihi penitus est igno  
tum & tamen extantia ipsius ecclesie monumenta ante annum trecente  
simum scripta fuisse dicunt inter ipsius ecclesie parochiam & prope  
capitolum Veneris hortū cognomine mirabilem: & multa haud qua  
ignobilia quorum loci & situs nullam scire possumus certitudinem. Ec  
clesiam uero sancti Marcelli quam Nicolaus patria surrentinus & ei  
usdem ecclesie tituli cardinalis appellatione Capuanus inhabitat Scri  
bit Bibliothecarius a Lucina nobili muliere uia salaria fuisse edifica  
tam in catalubio quod mazentii carnifices animalium stabulo habere  
consueuissent quo in sordidissimo loco tentus & passus fuerit Beatus  
Pontifex Marcellus. Sed eius palatium quod idem cardinalis elegantissi  
mum apud sancte Marie inualata ecclesiam edificat: ruine inter ce  
teras urbis conspicue quid olim fuerint nullo in loco scriptum inueni  
mus: & tamē quātū ex Sexti Ruffi descriptione urbis possumus asse  
qui coniectura Isidis templum ibi fuisse tenemus: apud quod in porte  
triumphalis descriptione Vespasianum & Titum triumphatores noc  
te illa que triumphum precessit: quieuisse ostendimus. Scribit enim

Rufus Isidem prope Mineruam Calchidicam fuisse. Seruatq̄ ipsa nūc  
nomen suum Minerua a fratribus sancti Dominici predicatoribus: sub  
glorioso Virginis dei genitricis titulo habitata de cuius ingentibus  
que nunc cernuntur edificiorū ruinis: quid dicamus: nihil aliud est q̄  
in eius delubro titulos fuisse Gnei Pompei quos Plinius sic ponit.  
Gneus Pompeius magnus Imperator bello .xxx. annorum confecto Fu  
sis Fugatis occisis indeditionem acceptis hominum cēties uicies semel  
octuaginta milibus. Depressis aut captis nauibus octingentis quadra  
ginta sex Oppidis Castellis mille quingentis uiginti octo in fidem re  
ceptis Terris a Meotri ad rubrum subactis uotum merito miherue.  
Triumphum autem prefatio hec fuit. Cum oram maritimam predoni  
bus liberasset & imperium maris Populo Romano restituisset ex Asia  
Ponto Harmenia Paphagonia Cappadotia Cilicia Syria Licania Sci  
this Iudeis Albanis Hiberia Insula Creta Basterius. Et super hoc  
de Regibus Mytridate atq̄ Tygrane triumphat. Sunt etiam alia  
per urbem nunc spetiosa: sed simili uetustatis sue ignoratione obscura  
que illis reliquimus describenda: quibus fortassis cure erit hāc descri  
bere quam nostrum habet seculum: Romam & si prius e illi potentissi  
me multo dissimilem non tamen parum europe & aliquot asie parti  
bus uenerandam. Et quidem licet Romano nomini: ita affecti simus/  
ut nihil post religionem maiori colamus ueneratione non tamen passi  
one ita abduci a uero iudicio nos patimur: quin discernamus quantum  
longe absit urbis rome nostri temporis rerum statusq̄ conditio: ab  
illa que illi olim abfuit potentatus & imperii maiestate. Sed contra  
non sumus ex illis quos uidemus presentem romane rei statum haud  
secus spernere & pro nihilo ducere: ac si omnis eius memoria simul  
cum legionibus: consulibus: senatu: capitolio: pallatiq̄ ornamentis pe  
nitus interisset. Viget certe uiget adhuc: & q̄q̄ minori diffusa orbis  
terrarum spatio solidiori certe innixa fundamento urbis Rome gloria  
maiestatis habetq̄ Roma aliquod in regna & gentes imperium cui  
tutando augendoq̄ non legionibus cohortibus turmis & manipulis  
non equitatu peditatuq̄ sit opus. Nullo nunc de lectu militum: qui aut  
sponte dēt nomina aut militare cogantur educte Roma & italia copie  
in hostem ducuntur: aut imperii limites custodiuntur. Non sanguis  
ad presentem seruandam patriam effunditur: non cedes mortalium  
comittuntur. Sed per dei nostri domini Ihesu cristi Imperatoris uere



summi uere eterni religionis sedem artem atq; domicilium in Roma constitutum. ductosq; in illa ab annis mille & quadringentis martirum triumphos per dispersas in omnibus eterne & gloriosissime Rome templis: edibus sacellisq; sanctorum reliquias magna nunc orbis terrarum pars romanum nomen dulci magis subiectione colit quam olim fuerit solita contremiscere. Dictatorem nunc perpetuum: non Gai Cesaris: sed piscatoris Petri successorem & imperatoris predicti ut carium pontificem summum principes orbis adorant & colunt. Senarum presentis Rome Cardinales ecclesie post pontificem orbis uenerantur. Nec quisq; memor tanta adeo nostro sanctorum meritis esse tributa addubitat: si ad huiusmodi nostre rei publice curam gerentibus & ad Petri piscatoris nauiculae clauam sedentibus: in solam religionem in sanctimoniam cursus dirigent futurum: ut non aliter asiam & africanam Romano christianorum imperio subigant q; europa regna: populosq; subiectos habent. Quid quod maiora uel certe paria priscorum temporum uestigialibus Europa pene omnis tributa romam mittit: dum singule ciuitates a Romano pontifice accipiunt beneficia. Verum hanc summo pontifici & cardinalibus exhibitam ab orbe reuerentiam eas a populis missas in gentes pecunias posse etiam alteri ciuitati q; romae dignitatem emolumentumq; afferre quispiam contendet & Auinionem Bononiam Florentiam Ferariam: eadem aliquando gloria fuisse decoratas allegabit. Et nos quin id quoq; fateamur recusare non possumus. Sed propria quedam habet urbs Romana adeo preclara excelsa & admiranda: ut nedam alibi in orbe inueniantur: sed nec etiam ea transferri liceat optari. In primis qui Romam ipsam rerum caput & dominam non uiderit temere quicq; alicubi admirabitur. Habet enim urbs apostolorum limina & terram sacro martyrum cruore purpuream. Habet seruatum linteum Veronice mulieris in cunctarum orbis ecclesiarum primarie atq; matris beati Petri basilica extantem propriisq; apparentem liniamenis dominici uultus effigiem. Extat notus celebratusq; locus in uia appia. **DONINE Quo VADIS?** appellatus: ubi perfugo Petro christus occurrit: & supra duram silicem uestigia liquit perpetuo celebranda. Cumq; paulo fueris eadem uia progressus specum inuenis cimiteriumq; Calisti: beatis sanctorum ossibus refertissimum. Cui additam ecclesiam sancti Sebastiani martyris cum preteritorum presentisq; seculorum in curia prelatorum: ruere permisisset. Tu

Eugeni Pontifex magna eum laude nuper instaurasti. Visitur apud Lateranensem ecclesiam sancta sanctorum: locellus celesti gratia plenus. Et in eadem uisuntur ecclesia apostolorum Petri & Pauli capita uenerando simul timore a plerisque inspicenda. Sub quorum sublimi & sicut par fuit ornato loco in cunabula & circumcisio saluatoris ipsiusq; genitricis uirginis lactis uasculum miro candore cernuntur eo in altari quod primum christiana religio legitur habuisse. Sunt in carinis cathene quibus beatum Petrum in carcere ligatum Herodes tenuit in ecclesia que exinde beati Petri ad uincula appellatur. Estq; apud sacras uirgines sancti Siluestri monasterium incolentes attente ueneranterq; contemplandum Iohannis Baptiste caput. Agnetis uero uirguncule annulus dei sponsi sui dono de celo missus: apud celebrem pulcherrimamq; illius in uianumetana ecclesiam conseruatur. Habet quoq; insignis & spectiosissima in uia tiburtina Laurentii martiris ecclesia craticulam super qua fortissimus athleta exustus: de gentilium rabie triumphauit. Seruatq; eadem basilica eundem Laurentium & aliam sibi similem aliunde auectum Stephanum prothomartyrem: ut uirtute meritisq; pares unico hospitio clauderentur. Visuntur item secundo ab urbe milio & hostiense inter ardeatinamq; uiam: dulcis aque fontes qui fuso Pauli apostoli sanguine eruperunt. Et magno in exquilharum monte spectiosissima est sancte Marie maioris basilica. Cuius fundamenta estiuis inditio fuerunt iacta. Qua in ecclesia gloriosissimi Hieronimi corpus. Et presepe in quo primum uiguit Ihesus Christus conseruantur. Non minorisq; miraculi est in transtiberina ianaculi regione uirginis Marie ecclesia ubi nato domino fons olei descendit in tiberim. Sunt uero multa ac prope in numerabilia quarum ut superiori loco dictorum: inspicendi: tangendi: uenerandiq; deuotione adducti: pannones: mesii: macedones: a carnate: epirothe: dalmathe: histri: Liburni: & ipsi in primis plurimas in regiones prouinciasq; diuisi: germani galli: hispani: quoq; ac toto diuisi orbe britanni: nunc: anglici: singulos ferme per annos romam aduunt: Romam uenerantur: romam ducunt eorum dominam & magistram. Nec europa solum populi romam & eius sanctimoniam uenerantur. Sed tua etiam pater Eugeni opera tua factum est cum cura: tum etiam impensa: ut ex asia quoq; & finitimis illi europa & africe partibus post unitos occidentali ecclesie grecos Armenosq; bosnenses ex europa: nestorianos quoq; & georgianos ex asia mi-



nori: ponto: paphagonia cilicia: & syria: stythis: albanis: & hiberna: &  
demum ethiopes ex africa: catholice fidei: & romane ecclesie conciliatos  
uiderimus. Quo fit ut a pluribus orbis terrarum populis: nationibusque  
aduentis: roma que alia orbis ciuitas frequenteretur. Nec paruus est contem-  
nendus: is romam confluentium mortalium numerus: quandoquidem  
sacri quadragesimalis ieiunii temporibus /quadraginta & quinquaginta  
& quandoque plura milia: ex multis earum /quas supra enumerauimus  
prouintiarum /romam aduent: Rome basilicas: templa: sacella: & sin-  
gulas edes circunt: quorum nullus tam ebeti stupido ue est ingenio: qui  
superba romanorum olim principum palatia /superbissimas spectaculo-  
lis edendis institutas extructiones: thermarum celsos fornices: & insa-  
na aque ductorum opera perlustras: quid fuerit: quidque sibi uoluerint /  
singulos sciscitans obuios /uidisse /sciuisseque non letetur. Itaque uiget adhuc  
solido innixa fundamento /romane gloria: maiestatis: & non parua ter-  
rarum pars /sponte & absque armorum strepitu: dulci reuerentia Roma-  
no nomini colla submittit. Sed que longe a proposito digressi sumus: qui  
ab edificiorum /locorumque urbis inuouanda memoria /differentis cul-  
tus: & uigentis adhuc reuerentie rationibus: diu immorati sumus /ad  
ipsas urbis edificiorum reliquias redeundum esset: Si plurimum que hucusque  
descripsimus indicauimusque per omnia urbis loca a nobis dimissorum /  
certiorem dare notitiam possimus.

**BLONDI FLAUI FORLIVIENSIS ROME INSTAURA-  
TE LIBER. III. ET VLTIMVS FELICITER CLAVDI-  
TVR.**

**FRANCISCVS BARBARVS ELOQUENTISSIMO  
BLONDO SVO SALV-  
TATI BARBARVS SIM ROMANIS TA-**

men artibus didici /curam: habere humanitatis: & doc-  
trine: Et postquam tecum esse: tecum loqui non possum: auero  
ut tu mecum sis: mecumque loquaris. Audio te pro tua  
diligentia libros quosdam scripsisse de antiquitate urbis  
Rome: in quibus cum dignitate rerum tanta copia orationis coniuncta  
est: ut ueteribus gratia: nouis auctoritate /cum tua laude dedisse ui-  
dearis. Erat itaque humanitatis tue: nos quoque participes facere Instauratione  
Vrbis: ut non solum latini colant nomen tuum: Sed etiam greci & barbari:  
studium & ingenium admirarentur. Vale. Venetis. Quarto Nonas Ianuarii.

**PORCELLVS VATES ROMANVS FLAVIO FORLIV-  
VIENSI SVO.**

**CRIPSISTI ET VETERVM MONUMENTA & GESTA NOVO-  
SIVE EA ERANT BELLIS: SIVE EA PACIS ERANT.**

Sic memorant: & fama meas peruenit ad aures:  
Fama minor factis: candidiorque nune  
Fac mea musa legat Rome monumenta ue tuste  
Insigne eloquium: nobile & ingentum  
Testor utramque fidem: testor mea carmina: siquid  
Laudis habent: Ibis docta per ora uirum.

**PETRVS ODDVS MONTOPOLITANVS VATES  
INSIGNIS BLONDO FLAVIO FORLIVIENSI SVO**

**VE FVERAT MVLTIS QUASSATA & FEDA RUINIS  
ROMA NITET: SCRIPTIS INTEGRA FACTA TUIS.**

Gratius esse potest: & nil optatius unquam.  
Blonde mihi: quare debeo multa tibi  
Qui facis italia: uelut alti e culmine montis.

Despiciam: ut digito singula queque notans:  
Accedit nunc feda: olim pulcherrima Roma  
Cuius habes claues /ianitor usque uigil.  
Has mihi das referem /ignote quo limina porte.  
Et uideam quicquid roma uetusta tulit.

**BLONDI FLAUI FORLIVIENSIS AD LEONARDVM  
ARETINVM VTRAM DOCTISSIMUM DE ROMANA LOCUTIONE EPISTOLA INCIPIT.**

**VM MVLTATA** sint Leonarde Clarissime tuum nomen cele-  
brantia: tum maxime illud illustrat /latini sermonis exquisita  
proprietas /qua felicitioris tui: in quo floruit eloquentia:  
prestantis quosque adeo imitaris: ut cum a nemine supereris:  
eorum plurimos ante cellas. Quod enim uir doctissimus & clarus etate  
nostra uates Antonius noster Luscus /Vel ut ipse appellare solitus es /  
uidentissimus: dicenti per hos dies te presentem non dubitauit affirma-  
re: si omnium: qui latine scripserunt /post Lactantium Firmianum:  
scripta /bonus odorator sagaciter olphauerit: nullum inueniet: cuius



orationis uitor / numerositasq; & ornatus / Ciceronianâ eque recoleat eloquentiâ. Facitq; huiusmodi latinitatis splendor: ut si ignotas aliquot uel obscuras grecorû historias: si Demosthenis / he schiniscq; orationes: si Platonē: Aristotilē: si Xenophontē: Plutarchū: Basiliumq; nostrorû hominum studiis utilitatiq; traduxisse: si inde mortui in primo bello punico L. i. Patauni locum / tete subrogasse gloriosum ut est facinus tibi uidetur. Solidioris tamen glorie munus / precipua hec elegantie copia / a doctis seculi utrisq; reputetur: qui greca faciēdi latina / & historias alte repetendi / facultatem multis: dignitatem romani eloqui paucis uident contigisse: quam in te maximam & prope singularem admirantur. Hec quorsum dicta sunt certius pergam explicare / q̄per iucundam mihi rerum tuarum commemorationem licere arbitratus fuerim / ne mancum / mucedumq; laudis tue sermonem uidear instituisse / quē paris eloquentie fontem deliderare non ignoro. Abest uero tantum ut gratulam apud te uenari / canendis pergam laudibus / quē humillima quātumuis pectora titulant / quod gestu contendere / Dares cum Entello: uel si manus / lancea comminus cum Hectore Tersites aggredior / Dabis autem ueniam / & si tuam noui humanitatem: que nudum litteris utrum ornaret / gratiam habebis cum a me sermonem introductum esse / quo Ramane facundie cuius celeberrimus es cultor / seruatu a prisca usum ostēdi oporteat: quibus scilicet uerbis uel Regum temporibus / uel st̄te re publica: uel ea primum a Cesaribus oppressa / orationes / cōtionescq; immo & uniuersam locutionem apud Romanos constet habitam fuisse. Si uero arridum ut est ieiunūq; tibi uidebitur huiuscemodi orationis mee gēnus / in dictis cristiana religione ieiunus / & perflātibus Martio menie uentis: quo i tempore ista scripsi / attribues. Sed ad institutam disputationem ueniamus.

**AGNA EST APVD DOCTOS DTATIS** nostre homines altercatio: & cui sepe numero interfuerim contentio materno ne & passi apud rudē: indoctāq; multitudinē etate nostra uulgato idiomate: an gramatice artis usu / quod latinū appellamus istituto loquēdi more romani orare fuerit soliti. Nec desūt argumēta / utrāq; uel impugnatibus uel defendentibus partem: que si in medium adduxero / qualibus utriq; nitantur fundamentis apparebit. Eritq; omnium oculis adeo subiecta / huiusce disceptationis materies: ut quilibet iurisdicundi ignarus: siue ut dicere Florentini solent iudex

Emporinus / faciliter & ex tēpore sententiā ferre non dubitet. Quā tamen & docti / & rerum romanarum talentissimi iudicio / uel ea ratione seruauerim ferendam: ne cum tu / pluresq; alii omnium iudicio / seculi ornamenta: inuicem dissentire uideamini. Ego unus in quo tales uiri uel contraria sentiant: uel addubitēt / id ausim affirmare. In quas uero concesseri partes / facile poterit conicere qui meminerit me tibi supra bellum iudixisse: quod ea gerere modestia institui: ut nec te impudenter abs me laceffitum: nec me maiorum sententie acquiescendo: durum peruicacemq; uideri uelim. Memoria tenes: ut opinor: apud summi pontificis Eugeni auditorium / & pro ipsis ferme cubiculi fortibus: cum uiri doctissimi Anthonius Luschnus: Poggius: Cintiū: & Andreas Florentinus: apostolici secretarii: te collegii nostri decus aduertes: tuā rei / de qua loqui ceptū est: rogassent sententiam. Varias p tēporis breuitate singulos protulisse opiniones. Tecum enim si recte meminim: Luschnus & Cintiū / sc̄tire uidebātur / Vulgare quoddam & plebeium / ut posteriora habuerunt secula: romanis fuisse loquendi gēnus a litteris remotum quo doctissimi & oratores / apud populum illas dicerent orationes: quas postmodum multa lucubratione / in grammatice latinitatem redactas / posteris reliquerūt. Cum tamen unā tres ipsi eademq; teneretis sententiam: differentia inuicem mihi uideamini attulisse argumenta. Negauit Luschnus satis simile uero est / litteratū populo sermonem ab illis factum esse: earum potissime rerum: quas sua aut rei publice / aut amicorum causa: probam persuaderiq; cupiuisent: quod eo tēdere uidetur: ut aliam litterata uulgatiorem / haberi oportuerit loquelam: qua plebi domestica dicētes ad populum uti conueniret. Assertionem huiusmodi cum probasset Cintiū argumentum addidit de tullo hostilio romanorum rege / quod apud L. i. Patauni primo ab urbe condita habetur. Vocem qua suos increpauit / exaudita terrori hostibus fuisse: id ab rege dictum / ideo uerum esse suspicantibus: quia alieno ab illis idiomate diceretur: Hincq; elicere uisus est uelle Cintiū: romanis fidenatibusq; unam eandēq; linguam uulgarem tunc fuisse nullamq; aliam loquutionis ab rege per id tempus / q̄ litterati sermonis differentiam adduci potuisse. Tu uero si satis constat memoria: in Luschni & Cintiū sententias: pedibus manibusq; uenisti: quas pro temporis breuitate rationibus confirmare: & Poggium es adnixus uestris partibus adiungere / contraria sententem: Quamquā nisi uo-



catu cubiculari ad pontificem in medio disceptationis extu tanq̄ prelio  
excessisses / qui nos adtrahere credideras / tuis quas adduxeras rationi-  
bus in te reflexis: persuasus ad nos transisses. Cū enim de applausibus  
populi / quos nobiles oratores aliquando excitasse legimus / multa in eā  
dixisses sententiam / ut fieri posse non uideatur plebem indoctam / hu-  
iusmodi suauitatem sermonis / quam habemus scriptam: gustasse: Sed  
uulgare quidpiā / quod tantundē faceret fuisse dictū Caii carbonis illud  
adduxisti dictū patris sapiēs filii temeritas cōprobauit quo dictorco-  
tātū clamorē cōtionis excitatū scribit Cicero: ut admirabile dicat fuis-  
se Vergēte autē Poggio: & tanq̄ mucrone tuo ut te cōfoderet conāte:  
nō posse scilicet sibi persuaderi: quin felicitis seculi beneficio: unicum eūdē  
q̄ sermonem / quo tūc tēporis dicendo scribendoq̄ uterētur oratores:  
Habuerit multitudo: Cuius aures numerositate illa mulcerentur: a  
nobis es subtractus. Quod enim te absente / nos ipsi postea tanq̄ pre-  
senti tibi inuicem dicebamus: Nulli debet dubium uideri: quin si alte-  
ra lingua / quam si placet / uelim appelles uulgarem: dictū fuisset / quoc̄  
postea in hanc latinam numerositatē orationis est positum. M. Cicero  
Quintilianus: Qu. Asconius pedianus: aliiq̄ plurimi: quibus oratorū  
queq̄ minima referre cura fuit otiumq̄: eam: orationis diuersitatem  
aliquahter inuissent: Quod nostra & patrum nostrorum etatibus a  
plerisq̄ factitatum uidimus: de florentini Dantis comediis: de luculen-  
tis Bocchati uulgaribus fabulis: uel ut ipse appellat nouis: que cum  
grammaticis astricō regulis sermone scripta uidemus / in latinitatem  
dicimus esse conuersa. Id ut opinor usu eueniet tibi / si quando in histo-  
ria florentina / orationem ornate dictam referre / & laudare coget ne-  
cessitas. In primis autem quos hactenus scripsisti sex libris / id nequaq̄  
abste factum esse eam crediderim causam fuisse: quod illa scribendo /  
nondum superasti tempora / que multis seculis eloquētie studiis abhor-  
ruerunt. Cum uero ad nostram ueneris etatem / nullo poterit abesse  
pacto / quin inter elegantis cuiuspiam orationis cōmmemorationem eā  
latine & non uulgariter / ut a ceteris consueuerat / ab illo peroratum  
fuisse scribas / quando enim primum Filippi ducis Mediolani bellum:  
quod cum florentinis gessit: scribere incipies / & legationis Venetoz̄  
ad Martinum illa tempestate pontificem romanum pro pace querenda  
misse: mentionem factururus eris: elegans preclari Francisci nostri bar-  
bari oratio: quam tunc ad pontificem / publica audientia orator habuit

qualis fuerit referre conueniet. Sed ad propositam reuertamur narra-  
tionem: Tam enim mihi gratus fuisset tuus ad nos transitus / ut reco-  
lende illius obiate spei studio / tue responsionis peruerterim ordinem  
Primam instructa contra nos acies tua / turmam habuit: imperitam  
inter romanos gentem / uulgari corruptela: quod latine diceretur du-  
ellum / protulisse bellum: & Gaius qui scriptus est duellius: ab indoctis  
& uulgaribus bello fuisse cognomentum. Hinc conici posse dixisti litte-  
ratam uulgari dictionem fuisse differentem. Cinti: secundo loco / de  
Regis Tulli uociferatione / argumentum reassumpsisti: & demum ad  
Gnei carbonis: quod dictum est supra: concinnum illud uenire ceperas  
Hec nisi fallor leuia sunt argumenta: & suscepto a me muneri parum  
obfutura / que nullam refellendo haberent difficultatem / si modo ea fu-  
isset intentio: id propositum: Sed cum a uobis summis quidem uiris  
non solum ex tempore / sed tumultuarie sit dicta: quibus si per datū  
meditandi spatium liceret: aut alia sit futura sententia / aut certe plu-  
res urgentioresq̄ probandi quod sentitis suppetant rationes: improbū  
mihi uisum iri uideor / si tanq̄ inermibus extra uallum: data fide ad col-  
loquia accitis / latera confodiam: Que itaq̄ a uobis dicta sunt / tanq̄ rei  
inditia mihi proposita / quantum ad rem facere uideantur: cum dixerō  
tum illa ipse afferam / que inter occupationes assiduas succisiuis dierum  
horis: ad rem facientia colligere potui. Primum de Tullo / quod Cin-  
tius opposuit: si librum in manus acceperit / nihil facere contra perui-  
debit: Tullum namq̄ inquit / Liuius / uiso albanorum qui in partibus  
suis erant transitu ad hostes: clara uoce ita suos de concepto timore in-  
crepasse: ut hostes exaudirent: terroremq̄ ad hostes ipsos transisse /  
qui audiuerant a clara uoce dictum. Additq̄ magnam partem fidenatū  
ut qui coloni additi a romanis essent / latine sciuisse. Qui duas ex hoc  
facto loquutione romanis fuisse uolet probare: romanos fidenatesq̄ /  
unius eiusdemq̄ sermonis consuetudinem habuisse: ut credat: ne-  
cesse est: Hincq̄ arguat: regem qui facti sui simulatione / hostes ter-  
rere uoluerit: nō uulgata apud utrumq̄ exercitum uerba: sed litterata  
prestantioribus domestica protulisse: ut quanto illa plus habere aucto-  
ritatis: dum pauitioribus ut innotescerent: niti uideretur: eo maiore  
hostibus incuteret metum: Ego autem contrarium ut sententiam: fa-  
cit Liuii textus / apud quem est / fidenates: quos Romulus subegerit fu-  
isse etruscos: lingua ut nosti per id tempus a romanis differentes: sed



& ceruicē humerosq; complementem / adhibito calamistro inustum / in a-  
nulorum coronam eadem muliebris uanitas crispabit. Pari itidem for-  
ma / quam romani prima loquēdi consuetudine communē habuerant  
dictionem / bonarum artium studiis excolentes nonnulli reddiderunt  
meliozem: & partim eloquentie artibus illustratam / in orationis solite  
instrumentum redegerunt: partim modulatione uestitam pressa &  
angusta carminis aptitudine: concinnatam: poema esse fecerūt. Possem  
plurima huiusmodi afferre: Sed uereor ne sint qui hanc loquutionis  
partitionem / cum mihi concesserint: contendant infirmum illud litte-  
ris abhorrens nulla ex parte latinum / sed quale nostra habet etas uul-  
gare fuisse: Hinc mea in me tela retorqueant: & oratores dicant cum  
populo orationes suas probari uellent / illi dicendi feda uulgaritate usos  
quam postea defecatam / in limba scriberent latinitate: Sicq; arma hos-  
ti parasse: quibus ipse conficeret: & in prima disceptationis cunabula  
repulsus fuisse uidebor. Istis ut respondeam / non eo inficias / minori &  
apud populum tritiori quod uulgare secum etiam appellabo uerborum  
genere usos / qui multitudini dicendo persuadere uoluerunt. Latinis  
uero uerbis & nostris: que appellamus uulgaria nequaquā ad similibus id  
factum fuisse plurima docebunt Ciceronis uerba: que habentur i bru-  
to. Quid enim queso te / aliud latine diligenter loquendi laus. quā Flami-  
nio & pluribus attribuit sibi uult: q̄ altos laude in dignos & ab eo de in-  
dustria preteritos non diligenter latine dum oraret: sed tamen latine  
loquutos fuisse. Incomptam uero in Quinto catullo latini sermonis inte-  
gritatem laudare: sine fūco illam aut conatu aliquo a mera uulgi con-  
suetudine tractam ostendere. Quid expressius quod intendimus: quid  
significantius ostendit / q̄ q̄ Cottam pretorium cum uerbis tum etiam  
ipso sono quasi sub rustico persequūtū antiquitatem / atq; imitatū dicit:  
prudentem illum qui litteras attigisse debuerat: Ut eloquentia sua po-  
pulo probaretur / uerba ipsa nedum ea etate trita & passim uulgo usita  
ta in baccam accepisse crediderim: sed si quo rei uocabulo periti nouam  
limatoremq; adduxerant consuetudinem. eo ipso loco rudem sese ostē-  
disse & qualia sunt apud Ennium Vulturis in siluis miserum mandebat  
homonem: uerba frequentasse. De Curione autem Graccorum matre  
Cornelia: & Gaio cesare / qualia dicat qui audiuerit / ut armis depositis  
se uictū fateatur necesse erit. Erant inquit Cicero quibus uideretur  
illius etatis tertius Curio / quibus splendidioribus fortasse uerbis ute-

batur: & quia latine non pessime loquebatur usu credo aliquo domesti-  
co: Nam litterarum admodum nihil sciebat. Litterarum nihil sciuisse  
& latine non pessime loquutum Curionem fuisse / usu aliquo factum do-  
mestico: credidit cicero. Si tantam itaq; uim domesticus habebat usus  
ut sine doctrina: sine litteris: non pessime latine loquentem splendido-  
ribus uti uerbis: & tertium urbis oratorem faceret Curionem: non  
latinus esse non potuit sermo ille domesticus. Ne uero suspicari liceat  
fuisse curiosos in curionis domo qui carentem litteris infantem latinu-  
tate a litteratura profecta / tanq; picaā imbuisset: quod de Bartholomeo  
tonsonis filio ciue Florentino factum uidemus / qui licet quintum etatis  
annum uix emensus / dicatur subministratas ab eruditissimo fratre Am-  
broasio nostro / luculentas orationes / summo pontifici / memoriter cum  
omnium admiratione pronuntiare: de eodem inferiore loco scribit Ci-  
cero / & si pupillus relictus est / patrio fuisse institutum puro sermone  
assuefactum domi. Cum enim assuefactum domi patrio fuisse institū  
sermone: eam de qua dixi suspicionem facere uideretur / puro addidit  
quem scilicet nullum admiscuisset litterature condimentum. Urgebūt  
item qui contra sētunt: si patrius sermo sine litteris / Curioni oratoriā  
conferre potuit: omnes pariter cetero is laniosq;: & totam terentiani  
gnatonis salutatorum turbam: in claros oratores euadere debuisse:  
Hanc etiam obiectionem confutabit Cicero: apud quem superiore loco  
de ipso curione tractantem: sic est: Sed magni interest quos quisq; au-  
diat quotidie domi / quibuscum loquatur a puero: quemadmodum  
patres: pedagogi: matres etiam loquantur: legimus epistolas Corneliae  
matris graccorum apparere filios non tam gremio educatos: q̄ in sermo-  
ne matris: Auditus est nobis Iellie sepe sermo: ergo illam patris elegā-  
tia tinctam uidimus / & filias eius mutias ambas / quarum sermo mihi  
fuit notus / & neptes heimias. Magni interesse audiuiti / quos quisq; do-  
mi audiat / quibuscum loquatur: opinor non negabis: in uulgari etatis  
nostre loquendi genere / cuius gloriam inter italicos apud florentinos  
esse concesserim / multo facundiores esse qui honesto nati loco / ab urba-  
nis educati parentibus / & ciuilibus nutriti sint offitens / q̄ ceteram igna-  
ue aut rusticane multitudinis turbam. Cumq; eisdem uerbis sermonē  
utriq; conficiant / suauiloquentia unum placere multitudini: in condito  
garritu alterum displicere: pari modo apud romanos / & si latinis om-  
nes uerbis: quibus uni utebantur & reliqui: quos tamē parentes: edu-



catio: consuetudo bona: & morum grauitas: uita prestantiores reddi-  
derunt: quæ litteris carerent: oratione etiam prestantiores ac potentio-  
res erant: tantum uim habuit domi bene instituta: cum uiuendi: tum etiã  
loquendi norma: ut mulieres Corneliã. Leliã. Mutias. Laciniasq; fa-  
cundie laudibus illustrauerit. Restat ut. C. cesaris testimonio innixus  
Cicero latinitatem romanis omnibus eam sine litteris fuisse ostendat  
quam doctissimi partani: pauci non ignorare uix possumus: Idq; facere  
cum perget: simul et tarrum: lanuq; q; obrem paribus ignoratione littera-  
rum: disparis eloquentia iuenirentur: docebit. Cum enim illum omni-  
um fere oratorum latine eloquum elegantissime dixisset: paulo post  
addidit: etatis illius ista fuit laus: tanq; innocentie sic latine loquendi:  
& item infra. Cesar autem rationem adhibens: consuetudinem uiciosã  
& corruptam: pura & incorrupta consuetudine emendat. Ita cum ad  
hanc elegantiam uerborum latinorum: que etiã si orator non sis: & sis  
ingenuus ciuis romanus: tamen necessaria est: adiungit illa oratoria or-  
namenta dicendi: Si hec sola leonarde uerba: disceptationis nostre prin-  
cipio allegassem: sufficere potuit Ciceronis in cesare testimonium: eta-  
tis illius felicitate: quod mihi sepe & uariis dicendum fuit modis: latine  
omnes fuisse loquos: facundos autem ab infantibus: partim consuetudi-  
nem bonam: partim discreuisse doctrinam. Hic tamen maiorem de in-  
tegro suboriri questionem uideo. Si enim quod dixi etiam stabili om-  
nes pariter latinis uerbis usos mulieres & uiros: seruos: & liberos:  
doctos & litterarum ignaros: cum diuersam pro uite & morum qua-  
litate: dicendi facultatem plurimis fuisse concesserim: eos qui domesti-  
ca consuetudine & studiorum flugrantia: elegantissime orationis pres-  
tantiam: quod de cesare supra est dictum: consequi fuerint: maioribus  
q; que possent & multitudine intelligi: uerbis uti debuisse. Hinc eo re-  
cidat controuersia oportebit: Vt licet abiectum hoc nostrum uulgare:  
nulla illis ex parte cognitum: sed ceteris cum sordibus: reseruatam no-  
bis fuisse concedatur: dissoluto & peruagato: quod uulgare illis erat:  
loquutionis modo: pronuntiasse dicamus oratores. Suspensum te uideor  
uidere: cum ad huc ueneris locum: de mea morum urbanitate iudiciũ  
ferre meditantem: quasi uero si attenuato etiam dicendi genere: ora-  
tores prohibitos fuisse contendam: qui falso obiecta uulgaritatis nostre  
macula: illos purgauerim: subrusticus pertinaxq; censerì possim: dum  
omnia quecumq; tueri intenderi: mihi ab aliis tribui: ipse nulla ex parte

illis cedere uelim. Verum enim uero nihil a me longius abest: q;  
rixosa & contentiosa rusticitas: quinimmo sola in re una: peritax con-  
tentiosusq; uideri & esse uelim: ut si plurimos habeo pares: nulli me  
facilitate inferiorem esse contendam. De re itaq; felici auspicio transi-  
gemus: omnibusq; utriq; uel refecatis que superfluunt: uel que desunt  
adiectis: medium quendam certumq; eliciemus: in orando seruatum a  
prisicis oratoribus dicendi modum: quem preter multa superius dicta  
in idipsum ducentia: rationibus coniecturisq; sese aliter habere nulla:  
tenus potuisse docebo. Constet uero primũ iter nos necessariũ est: siue  
grandibus: siue abiectis: sine dissipatis: siue coercitis ratione uerbis:  
oratum fuerit: Verba orationum dum pronuntiarentur: fuisse latina:  
qualia nunc dicimus litterata. Infime autem uulgatissimeq; loquutionis  
more: oratores ad populum uerba fecisse: ut credam facere posset: qui  
ostenderet: ignaram litterarũ multitudinem: urbanioris eruditiorisq;  
stili uerba: intelligere satis nequiuisse: eaq; oratores necessitate adduc-  
tos: ornatiore uerborum compositione ommissa: minima queq; ac uilissi-  
ma fuisse dicendo amplexatos. Futurum uero qui huiusmodi necessita-  
tem probare possit non magis timeo: q; elegantissimis: lectissimis: or-  
natissimisq; uerbis: semper oratum fuisse: cofidam demonstrare. Qua-  
lis igitur fuerit medius ille orandi modus: quem pro icti transactio-  
nis nostre federis conditionibus: elicere sum pollicitus: cum audieris  
aduersarios introducende uilitatis: & me pariter elegantissimi splendo-  
ris uerborũ afferendi necessitate liberatos: intelliges. Oblata est mihi  
hoc loci: facultas amplificationis maxime: si aut ingeniolum ostentandi  
aut opus producendi: libido animum inessisset. q; enim late pateat  
de figuris orationis campus: q; multa de graui: de mediocri: de atte-  
nuata: possint dici: non ignoras: que ideo ad rem ipsam: qua deagitur  
plurimum uiderentur: facere: quia ubi: supremos oratione facultatis  
preceptores: tria ipsa dicendi genera: & quidem inter sese non parum  
differentia: ab intimis rethorice artis uisceribus profecta asseruerint  
ineptum me censerì iterum non dubito: si in unum eundemq; illa con-  
fundere perrexero: Sed memineris uelim uerborum: non characterũ  
loquutionis non compositionis: corticis: non medulle artis: disputacione  
a me institutam esse. Quantumuis enim longe distent: ac inter sese  
differant: orationum nerui: succusq;: quantumuis sententiarum graui-  
tate: exornationibusq; disparis sit: quantumuis ad suasionẽ efficacioribus





subtilioribusq; locis : una magis refartatur oratio q̄ altera . Isdem  
tamen prope uerbis / unaqueq; dicatur oportet : uel si aliqua grauis re/  
cipiet : que attenuatam uel mediocre non deceant figuram / non tamē  
erunt talia / que ignorantes qua ratione in ea potius q̄ in aliis ponantur  
orationibus : quid significant : quid importent : intelligere non possint .  
Tenes ut opinor ex supradictis / oratores nulla per auditorum imperi/  
tā necessitate prohibitos fuisse / quo minus uel grandes & ornati esset  
uel medium dicendo : aut infimum genus orationis sectarentur . Sicq;  
promissum a me orandi modum / habes a priscis seruatam : talia scilicet  
eos uerba orando habuisse / qualia per ingenii : doctrine : & artis facul/  
tatē suppetebāt / & pari ab indocta multitudine intelligētia / unūquēq;  
illorum exauditum fuisse . Vt autem minima : sed forsitan minus : q̄ pri/  
ma fronte uidebitur premota similitudine id suadere incipiā / quid ipē  
aliquando considerauerim attende . Magnam in curia romani Pontifi/  
cis seruentium nobis turbam / gallos / cimbro / theotonos / alamannos /  
anglicos / britannos : panoniosq; / & diuersam penitus ab italica / lingua  
habentes alios semper esse uidemus / qui & si litteras sciunt / adeo tamē  
rudes & artis grammatice : aliarumq; scientiarum aliquando ignari sūt  
ut licet prima attigerit rudimenta / & quandā : ex cōsuetudine sibi com/  
parauerit / latini sermonis litterati praticam : illiterati & penitus idi/  
ote dici possint . Hos si latine cuiq; feceris dicere : unde barbarissimus :  
silectissimq; nomina habuerint nihil est amplius quod requiras : nam di/  
cendo dissolutos peruagantesq; illos cernere est / Sed nulla primis secu/  
da : aut postremis media que dixerint coherent : & tamen orationes /  
sermonesq; qui a doctissimis litterati sūt / quid sibi uelit : quas ob res  
dicatur intelligunt . Nostros uero qui p̄c : sillabas iungere : nec prima  
nouerint elementa / se penumero uidi / cum litteratis interfuissent doc/  
torum hominum sermonibus / sensum excepisse : cumq; ab illis scissita/  
rer / quo id euenisset modo / mihi respondisse : uicinitatem / similitudi/  
nemq; uulgari & latino sermoni per maximam sibi uideri / quam audi/  
entes facilius sentire : q̄ dicendo referre possent . Qua uel maxima ad/  
dacor coniectura / ducentis supra mille simum annis post conditam urbē  
prius q̄ ulla barbaries / que diu residisset / uel populo romano par uel  
numero & potentia superior : Urbem accoluisset : quecunq; dicebantur  
litterata latinitate : poemata : orationesq; / omnes pariter intellexisse .  
Hinc tanta penes quoscunq; indoctos / eque ac doctos : non poetarum

oratorumq; solummodo : sed roscii : ceterorumq; cum illis uicinitatem  
habentium gratia : hinc maximi honores : hinc maxima utrisq; premia  
a populo romano exhiberi solita : proficiscebantur . Si enim : quod erate  
nostra in melioris stili orationibus contingere uidemus / quodq; a ro/  
manis factitatum fuisse quibusdam uideri / supra memorauit / que poete  
dixerant : continue roscium uulgatori lingua recitare oportuisset / que  
quid leporis / quicquid suauitatis : quicquid enargie / poemati inerat /  
translatione ipsa corruptum euauisset : & tanq̄ in minus sincerum uas  
tractum : accessere cepisset : q̄q; quid ipse in hoc existimem : frustra  
dici uideo / Cum Cicero ipse non minus rem istam mecum asseueret / q̄  
si nostro huic sermone uiuus interueniens / mihi patrocinium afferre  
uoluisset : uerba ipsius ex oratoris libro attente uelim audias . In uer/  
su theatra tota exclamant : si fuit una sillaba aut breuior aut longior :  
nec uero multitudo pedes nouit : nec ullos numeros tenet : nec illud quod  
offendit : aut cur aut in quo offendat : intelligit & tamen omnium bre/  
uitatem & longitudinem in sonis : sicut acutarum grauiumq; uocum /  
iudicium / ipsa natura in auribus nostris collocauit . Et paulo inferius :  
Sed in uerbis res est aptior : quamq; & a modis quibusdam cantu re/  
mota / soluta esse uideatur oratio : Maximeq; id in optimo quoq; eorū  
poetarum / qui lirici a grecis nominantur / apparet : quos cum tantu spo/  
haueris / nuda pene remanet oratio . Audisti naturam ipsam in illorū  
auribus / acutarum grauiumq; uocum collocasse iudicium / nostris enim  
quod dixit : non suis / summorumq; uirorum : sed multitudinis romane  
intelligi uoluisse / id declarat : quod supra dixerat / multitudinē pedes nō  
nouisse / pedes ergo multitudinē ignorasse / & nullos tenuisse numeros /  
que ad breuioris aut longioris sillabe dissonatiā exclamaret / eo tēdit : ut  
sine uulgaritatis cuiuspiā suspitione / latinitatē purā omnibus . paucis do/  
tā : credi liceat fuisse Huc etiā accedūt / de urbanitatis sono que a Cice/  
rone dicūtur i bruto : recinnere i romanis oratoribus nescio quid urba/  
nius / quo externi caruerit oratores / sonū scilicet & tanq̄ uerborū orati/  
onisq; accentū / qui nedū i scriptis sētiebatur orationibus / quas illi reli/  
querant oratores / de quibus Cicero iudicium tunc ferebat : sed uix  
quid qualeq; fuerit / intelligi potest . De Gai & Lutii fratribus Cepasi  
filis / que idem habet brutus / ad rem similiter uidentur facere / quos  
opidano quodam incondito genere dicendi usos / non ex scriptis oratio/  
nibus / sed ex uocis pronuntiationisq; sono / parum laudatos uidetur Ci



cero pertransire. Magna meo iudicio argumenta / latinitatem litteratā  
de qua totiens dixi / unicum fuisse idioma romane multitudini: que &  
syllabarum breuitatem longitudinemq; in uersu sentiret: ac urbanitatis  
sonum saporemq; uernaculum / & opidanum genus dicendi / inter-  
noscere posset. Id enim in nostra litterarum ignara multitudine / utrū  
contingat nosci: que nedum grauis aut acute uocis / in carmine heroico  
siue lirico: iudicium habet: sed carmina quid sint penitus ignorat / &  
urbanitatem a rusticitate / solo uestitus lautiorisq; mense discernit ap-  
paratu. Stationibus ut uideo erumpet: impetumq; faciet quispiam / &  
cornuta urgebit questione: uerborum ne desinentias / & tempora ac  
modos / nominumq; inflexionē & numeros seruasse / an penitus confudisse  
multitudinem credam: qui latinitate illam perpetua usam esse contēde-  
rim. Si uero affirmans respondebo / id penitus impossibile clamabit fu-  
isse: cum artis grammaticę regulis / ista confici oporteat / a qua multitu-  
dinem ipsam accuratissime relegauit: sin negabo: qualis illa fuerit latini-  
tas interrogabit. Cui uelim una satisfaciatur responsio: nec didicisse: nec  
nature aut bonę consuetudinis munere / regulas indoctam multitudinē  
sciuisse / quibus grammaticā orationē / omni ex parte congruā facerēt /  
neq; etiam tam longe a uariationibus inclinationibusq; / & reliqua grā-  
maticę orationis compositione / illius latinitatem abfuisse: quoniam littera-  
ta: qualem mediocriter etate nostra docti habent / oratio & uideretur  
& esset. Id quia scriptis prisca / cum testimoniis ostēdere / longum esset  
uiuentium uocibus probare est animus. Si pelignos: brutios: si Mar-  
sos: equicolos: campanos: sabinos: & iucinas urbi gentes alias / que loca  
inhabitant montana / adiuerit: Mediolani: brixie: aut in reliquis gallicę  
cisalpine urbibus / ciuilitate enutritus / & apprime doctus / loquētes rus-  
ticos / mulieresq; audiens: cōmunis romanorum loquela qualis olim fu-  
erit / scire nunq; desiderabit: Plurima illic que longo studio / & assidua  
librorum reuolutione uix discere potuerit: scalpra inter: & sarculos /  
& a sello bobusq; adhortandis deterrendisq; / frequentari latina sentiet  
uerba q̄q; urbs roma / que pristino uirtutis splendore exhausta: paucas  
reliquis in rebus sui ipsius reliquias habet integras / non minimum hu-  
iusce rei hucusq; seruat indicium. Viros tamen ibi a cursu loquendi  
pristino q̄ mulieres magis deflexisse ideo crediderim: quia minorem  
ipse cum externis: rarioremq; sermonis consuetudinem habent. Eas  
sepenumero aduerti / mutua salute obuianti data redditaq;: bonam

ualetudinē / ceterasq; domus conditiones / uerbis magna ex parte litte-  
ratis / uicissim interrogantes / maiorem ut existimo: q̄ qui a nostror  
paucis seruari possit: urbanitatis & gentis romane uernaculi saporis  
proprietas elegantiāq; adhibere. Que res / Poggium Andreāq;  
ut dicere soliti sunt / primo impulit / ut nostre huius de latinitate multi-  
tudinis oppinioni: obstinate inhererent. Tempora uero modos nume-  
rosq; & casus ab arte / illas nequaquā nosse nō dubito: quas tamen alicubi  
errantes: multa recte & ordine uideo proferre / q̄q; omnibus ubiq; apud  
italos corruptissima etiam uulgaritate loquentibus / idiomatis natura  
insitum uidemus: ut nemo tam rusticus / nemo tam rudis: tamq; inge-  
nio hebes sit: qui modo loqui possit / quin aliqua ex parte / tempora / casus  
modosq; & numeros / nouerit dicendo uariare / prout narrande rei tē-  
pus ratioq; uidebuntur postulare. Contra item ut uideo superiore loco  
tractata / obiectio adduci poterit. Si litterarum ignorantia: quod qui-  
dam ex superioribus argui licet: nihil prohibebat / quo minus omnes  
indocti eque ac docti: uel ipsi orarent: uel orantes intelligerent: doc-  
trinam minime necessariam fuisse / & eadem illa / que contra tantos ce-  
tariosq; adduxi: resumentes / assuefactionem domesticam: quod Curti-  
oni euenit: prestantem formare oratorem potuisse contendit. Hos  
Cicero ipse in bruto facillime confutabit: cuius hec sunt uerba: Quid  
dicam opus esse doctrina: sine qua si quid bene dicitur adiuuante natu-  
ra: tamen id quia fortuito fit / semper paratum esse non potest. Et in-  
fra / cum de Antonio & crasso diceret: Omnia ueniebāt Antonio in mē-  
tem: eaq; suo queq; loco: ubi plurimum proficere aut ualere possent /  
ut ab imperatore equites / pedites: leuis armatura / sic ab illo in maxi-  
me oportunis orationis partibus collocabantur. Fortuito dixit fieri:  
quod sine doctrina bene diceretur / adiuuante natura: & ideo semper  
paratum esse non posse. Ea uero que dicerentur ex arte / tanq; instruc-  
tam ordine aciem / suo queq; loco / ubi plurimum proficere / aut ualere  
posset: collocari. Quare huic etiam parti satis supraq; factum uelim.  
Succis ut uidisti plurimis questionum capitibus / aliud uideo ab hac  
nostra: non lernea: sed romana idra / caput pullulasse. Prisci ne orato-  
res / quos latine facio orasse / iisdem quibus orationes sue sunt scriptę  
uerbis / illa dixerit / Latam habet ea questio uenā / & unde riuuli doctri-  
na pleni deduci possint: nisi libello quem pro rei paruitate satis creuis-  
se uideo: dandus esset modus. Illud tamen constare certum est / paucas



Imodum orationes / ut scripte sunt / a Cicerone habitas / preter illas  
re scripto fuerunt dicte : cum Pedianus ipsum nonnullas aliter pro-  
nunciasset / q̄ ediderit scriptas : notariorum testimonio / qui illarum sin-  
gula exceperunt uerba : expresse affirmet : & ipse Cicero cum aliis in  
locis : tum maxime ad Trebatium scribens / orationes dudum habitas /  
quia satis limate non essent / nondum edidisse dicat . Extremam mihi  
restare uideo responsionem / qua ratione / quibus temporibus / causisq̄  
factum credam / ut uulgaritatem hanc nostram / cum uniuerse multitu-  
dinis latinitate / quam ostendere conatus sum apud priscos fuisse / per-  
mutauerimus : Id uero licet iocundam pro rerum uectustarum cognitio-  
ne narrationem / habere uideatur posse : breui expediam : & causas ori-  
ginemq̄ huiusmodi iacturæ quam fecimus / strictim attingam . Cum  
de cesare dixisset Cicero : quod supra retuli : etatis illius ista fuit laus  
tanq̄ innocentie sic latine loquendi / statim addidit : nec omnium tamen  
Nam illorum equales : Pacuuium & Cecilium / uidemus male loquos :  
Sed omnes tum iere qui nec extra urbem hanc uixerant : neq̄ eos ali-  
qua barbaries domestica infuscauerat : recte loquebantur . Temporibus  
uides que Ciceronis etatem precesserant / illos qui aut extra romam  
uixerant / aut rome domesticam habuerant barbariem / a more loqui-  
onis romane / aliquantulum recessisse : & barbarie illa infuscatos fuisse :  
Postea uero q̄ urbs a gottis & uandalis cepata : inhabitariq̄ cepta est : nō  
unus iam aut duo infuscati / sed omnes sermone barbaro inquinati / ac  
penitus sordidati fuerunt . sensimq̄ factum est / ut pro romana latini-  
tate / adulterinam hanc barbaricam mixtam loquelam / habeamus uulga-  
rem . Mulcas ut principio sum pollicitus utriusq̄ partis argumētationes  
& illorū qui uulgare nostre simile romanis loquutionē fuisse crederet / &  
eorū qui latinitate literata / illi etati meū tribueret / p̄ uoluminis mag-  
nitudine / uideor attulisse / & licet p̄positarū p̄subiecta materia questio-  
nū / partes ip̄e meas defelsaueri : licet trāfectione illa redire tecū in gra-  
tā uolueri / licet facillimā res ipsa determinationē prese uideatur ferre  
tibi tamē uel si per occupationes excusabis doctissimo : quē deligere malue-  
ris serētia & questionis solutionē reliquo : quā si & meis aduersabitur af-  
fertioibus : illasq̄ resupinas euerteret : i ea accipere partē decreui / ut uni-  
to roma eloqui ad gloriā adiuuēto inixus quos habet frequētes etas  
nrā uiris / quibus illud primo diceretur itelligereturq̄ uerbis aut / me  
docuisse / aut ab p̄tiori uel doceretur curasse : letari debeam .

: VALE :

A. Ortiz  
doctoz

85

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines across the page.

Large, stylized handwritten flourish or symbol, possibly a decorative initial or a specific mark, located in the lower right quadrant of the page.





VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREDO.SAL.ES